INSTITVTIONES

LINGVÆ HEBRAICÆ,

EX OPTIMO QVOQVE AVCTORE COLLECTÆ,

Et ad quantam maximam fieri potuit breuitatem, perſpicuitatem, atque ordinem reuocatæ: vnà cum Exercitatione Grammatica in Pſalmum XXXIII.

AVCTORE
ROBERTO BELLARMINO
POLITIANO è Societate IESV
S. R. E. Presb. Cardinale.

Acceſsit in hac noua editione commodior ſingularum rerum clariorq; diſtinctio.

Collegij Rom. Soc.

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam & Filios Ioannis Moreti.
CIƆ. IƆC. XVI.

ADMONITIO AD LECTOREM.

HAS *nostras Institutiones ad eam rationem ac vviam redigere conati sumus, vt etiam sine Præceptore vnusquisque per se linguæ Hebraicæ si non perfectam cognitionem, certè initia & rudimenta percipere posset. Porrò vbicumque repereris aliqua minutioribus literis impressa, scito ea cùm minùs necessaria, tum magis difficilia esse, quàm vt à tyronibus initiò legi oporteat: quæ tamen, cæteris anteà perlectis, sine labore vllo intelligẽtur.*


IHS

INSTITVTIONVM LINGVÆ HEBRAICÆ PARS PRIMA.

Cap. I.

De Literis.

LITERAE Hebræorum, quas ipſi אוֹתִיּוֹת Othijoth appellant, omnes ſunt Conſonantes. Earum numerum & ordinem, qui ex Threnis Hieremiæ, aliiſque ſimilibus Alphabeticis libris colligitur, nec non figuras, nomina, & ipſorum nominum ſignificationem, denique poteſtatem ſiue ſonum ipſarum, & quorum numerorum notæ ſint, ſubiecta Tabella indicabit.

Num.	Figu.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
1	א	*aſpiratio leniſſima.*	*Aleph* אָלֶף	*Quaſi* אַלּוּף *Aluph, id eſt, princeps, quòd ſit principium Alphabeti.*
2	ב	*B, Græcũ ſiue v cõſonans.*	*Beth* בֵּית	*Domus, quòd figura ſua domum imitetur: ſumma*

Num.	Fig.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
				enim linea tectum, infima pauimentum, media parietem, vacuitas è regione portam refert.
3	ג	*gh*	*Gimel* גִּימֶל	*Quaſi* גָּמָל *gamal, id eſt, camel, propter gibbum, quem in dorſo gerit.*
4	ד	*dh*	*Daleth* דָּלֶת	*Quaſi* דֶּלֶת *deleth, id eſt, porta, quòd eam ſuis lineis ex parte referat.*
5	ה	*h*	*He* הֵא	*A ſono quem exprimit, nomen accepit.*
6	ו	*v conſonans.*	*Vau* וָו	*Vncinus, quia eius ſimilitudinem præ ſe ferat.*
7	ז	*z Græcum.*	*Zaÿn* זַיִן	*Quaſi* זַיִן *zen, id eſt, arma, quòd claua eſſe videatur.*
8	ח	*hh, vel χ Græcum.*	*Cheth* חֵית	*A ſono proprio ſic vocatur.*

Num.

Num.	Fig.	Poteſtas.	Nomen	Significatio.
9	ט	*t*	*Teth* טֵית	*Similiter à ſono.*
10	י	*i conſonans.*	*Iod* יוֹד	*Quaſi* יַד *iad, id eſt ſpatium, quòd propter ſuam exiguitatem ſpatium vacuum relinquat.*
20	כ ך	*c ch* *CH*	*Caph* כַּף	*A curuitate ſic dicitur, nam* כָּפַף *Caphaph, incuruare ſignificat, &* כַּף *Caph, rem curuam, vt volam.*
30	ל	*l*	*Lamed* לָמֶד	*A* מַלְמֵד *Malmad, id eſt, ſtimulo, ſeu veru, cuius ſimilitudinem exhibet.*
40	מ ם	*m* *M*	*Mem* מֵם	*A ſono, vt in omnibus aliis linguis.*
50	נ ן	*n* *N*	*Nun* נוּן	*Item à ſono.*
60	ס	*ſ*	*Samech* סָמֶךְ	*Quaſi* סָמוּךְ *Samuch, id eſt, continuatum, & in ſe ductum.*

Num.	Figu.	Poteſtas,	Nomen	Significatio.
70	ע	*Aſpiratio denſiſſima*	*Ayn* עַיִן	*Oculus, quòd eius figurā imitetur.*
80	פ ף	*p ph* P H	*Pe* פֵּא	*Os, ſeu vultus; quòd ex parte figuram oris exprimat.*
90	צ ץ	*t s* T S	*Tſade* צָדֵי	*Venabulū, quòd ei non diſſimile videatur.*
100	ק	*q, vel k*	*Coph* קוֹף	*Vel à ſono proprio ſic dicitur, vel à circulo quē deſcribit, nā קוּף cuph circuire eſt.*
200	ר	*r*	*Reſc* רֵישׁ	*Quaſi ראֹשׁ Ros, i. caput, quòd aliqua ex parte illi⁹ figurā imitetur.*
300	שׁ שׂ	*ſc ſ vide Iu. c. 12. v. 6.*	*Scin* שִׁין	*Quaſi שֵׁן Scen, id eſt, dens, quòd dētata ſit litera.*
400	ת	*th ſiue ϑ Græcum.*	*Tau* תָּו	*Signum ſiue terminus; quòd alphabetum terminet.*

500	600	700	800	900	1000
ך	ם	ן	ף	ץ	אֳ

De

De nominibus literarum Hebraicarum.

NOmina harum literarum vetustissima esse, atque ex his veluti fontibus quibusdam deriuata esse nomina omnium aliarum literarum, veteres omnes docent, Hebræi, Græci, Latini. Vide Iosephum li. 1. Antiquit. cap. 4. Eupolemum apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Strom. Augustinum lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 39. Ac præcipuè Eusebium lib. 9. cap. 4. & lib. 10. cap. 2. de præparatione Euangelica, qui ex eo demonstrat, primas omnium literarum Hebraicas fuisse, quòd solę Hebraicæ literę nomina habeant significatiua. Cur enim Græci literas suas vocent, alpha, beta, gamma, delta, & Latini, a, b, c, d, &c. nullam rationem aliam reddere possumus, quàm quòd Hebræos imitati sint, qui literis suis nomina posuerunt, aleph, beth, gimel, daleth. Cur autem Hebræi literas suas ita vocauerint, rationem à propria significatione ductam reddit Eusebius loco notato, item S. Hieronymus in Epist. ad Paulam vrbicam, & in Commentario ad Threnos Hie-

Literarum Hebraicarum nomina antiquissima.

Hebraicarum literarum nomina sunt significatiua.

remiæ: nos quoque aliam ab illis non parùm diuerſam paulò antè reddidimus.

De poteſtate earumdém literarum.

PRAETER ea quæ in Alphabeto ipſo annotauimus, ſciendum quoque eſt, literas omnes Hebraicas in quinque diuiſas eſſe claſſes, pro numero videlicet inſtrumentorum vocis: quædam enim dicuntur literę Gutturales, videlicet אהחע ahchang.

Literarum Hebraicarum quinque claſſes.

Aliæ dicuntur literæ labiales, videlicet, בומפ Bumaph. Aliæ dicuntur literæ Palati, videlicet, גיכק gicak. Aliæ dicuntur literæ linguæ, videlicet, דטלנת datlenath.

Aliæ denique dicuntur literæ dentium, videlicet, זסצרש zaſtſaraſch. Ex quibus omnibus ſolæ gutturales dubiam & difficilem pronunciationem habent, & quidem א, Aleph, in ſummo gutture, ſiue in ipſo ore formatur, reſpondetque ſpiritui leni Græcorum; ita vt nihil addat ad Vocalem, cum qua ſyllabam neceſſariò efficit, niſi ſpiritum illum, qui minimùm requiritur ad quamlibet vocem proferendam. ה He reſpondet ſpiritui denſo Græcorum, & noſtræ

Literæ gutturales difficulter pronunciantur.

noſtræ aſpirationi h, formaturq́; in gutture, ſed paulo inferiùs quàm Aleph. ח Cheth eſt quaſi duplex aſpiratio denſa, & in ipſo nodo gutturis, hoc eſt, inferiùs, quàm He, formari debet. ע Aiin, aſpiratio eſt denſiſſima (etſi alij aliter ſentiant) fitq́ue dum ſpiritus narium adiumento in imo gutture quodammodò ſtrangulatur. Itaque pronunciatio harum quatuor literarum à ſummo gutture vſque ad imum quaſi quibuſdam gradibus deſcendit.

De figuris ſeu characteribus literarum.

Hos literarum characteres non eſſe eos, quibus initiò ſacri libri ſcripti ſunt, ſed alios, quos Eſdras poſt captiuitatem excogitauit, teſtatur D. Hieronymus in Prologo galeato, qui etiam in Commen. ad cap. 9. Ezechielis docet, literam ת olim crucis figuram expreſſiſſe. Sed his omiſſis, primùm diligenter intuendæ ſunt figuræ, & diſcrimen notandum ſimilium literarum, ne inter legendum vnam accipiamus pro alia. Sunt autem hæ literæ ſimiles.

Literarum characteres quibus hoc tempore vtimur, Eſdras excogitauit.

ט ע ס ט ו ה ר ג ב

ש צ ם מ ז ח ר נ כ

Deinde

Quinque literæ dupliciter scribuntur.

Deinde ſciendum eſt, quinque literas dupliciter ſcribi, videlicet, צ פ נ מ כ quarum priores, id eſt, contractiores, ſcribuntur in principio, & in medio dictionis posteriores autem, quæ etiam longiores ſunt, ſcribuntur ſolùm in fine. Inuenitur tamen extra ordinem Iſa. 9. v. 7. ם in medio, in illa dictione, לְםַרְבֵּה *lemarbe, ad multiplicationem.* & lib. 2. Eſd. c. 2. v. 13. מ in fine, in dictione הֵמ *illi.*

ץ ף ן ם ך

Numerorum notæ ſunt Hebraicæ literæ.

Poſtremò ſciendum eſt, Hebræos literis Alphabeti vti ad notas numerorum indicandas, vt in ipſa tabula literarum oſtendimus. Porrò ceteros numeros, quos ibi non expreſſimus, ex aliorum compoſitione efficiunt: ſiquidem יא ſignificat 11, יב 12: & ſic de ceteris, niſi quòd pro יה ſcribunt טו ſuperſtitione quadam adducti, quia יה eſt vnum ex nominibus Dei. Sic etiam poſt ת, quæ litera efficit 400. non ſemper ponunt literas illas finales, ſed cōpoſitos numeros.

Iudæorum superstitio.

900	800	700	600	500
תתק:	תת	תש	תר	תק

CAP.

CAP. II.

De Punctis, quæ Vocalium loco sunt apud Hebræos.

VETERES Hebræi, quòd nullas haberent propriè vocales literas, vtebantur interdum earum loco quatuor consonantibus, videlicet, א Aleph, ה He, ו Vau, י Iod. & quidem per Aleph & He exprimebant, a, & interdum alias Vocales; per Vau, o & u; per Iod, e & i. Erat autem difficillimus harum Vocalium vsus, tribus potissimùm de causis: primùm enim eædem literæ interdum fungebantur munere suo, id est, Consonantium; interdum alieno, id est, Vocalium: nec facilè diiudicari poterat, quando vno officio, quando altero fungerentur. Deinde cùm eadem litera diuersarum Vocalium locum obtinere posset, vt Iod, e & i; Vau, o & u, quis facilè diuinaret, huiúsne an illius potiùs locum obtineret? Accedebat postremò quòd sæpè nulla harum quatuor literarum expresè in vocibus Hebraicis habebatur, sed subintelligenda erat. Itaque magis vsu loquentium, quàm præceptis ratio legendi, vel pronun-

Hebræi veteres non habuerunt Vocales literas.

Difficilis quondam fuit Vocalium vsus apud Hebræos.

pronunciandi apud Hebræos olim conseruabatur: quod non obscurè indicat B. Hieronymus in Epistola 126. quæ est ad Euagrium. quapropter posteriores Hebræi, tum ad minuendam difficultatem, tum etiam ne paulatim scientia linguæ Hebraicæ penitus interiret, quæ ipsi traditione maiorum & vsu didicerant, ad artem reuocare conati sunt, certis quibusdam excogitatis Punctis, quæ vbique locum Vocalium obtinerent. & quamquam non est omnino exploratum, quo primùm tempore eiusmodi Puncta literis Hebraicis addita fuerint, tamen probabilis est sententia Heliæ Leuitæ Germani, qui in præfatione Massoreth affirmat id factum esse apud Tiberiadem Palæstinæ anno 436. ab euersione templi, id est, anno salutis nostræ 476.

Punctorum vsus quando apud Hebræos cœpit.

Puncta sunt decem.

Sunt igitur Puncta decem; pro longis Vocalibus quinque, & quinque pro breuibus: quorum Characteres, Potestatem, Nomina, & Significationes subiecta Tabella indicabit.

Tabula

Tabula punctorum Vocalium.

Fig.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
ָ	*a longum*	*Camets* קָמֵץ	*Dicitur à verbo* קָמַץ *Camats, quod eſt colligere, quia collecto ore obſcurè pronuntiatur, ſono quodam medio inter a & o.*
ַ	*a breue*	*Patach* פַּתַח	*Dicitur à verbo* פָּתַח *Patach, quod eſt aperire, quia aperto ore clariſſimè pronunciatur, planè vt a Latinum.*
ֵ	*e longum*	*Tſere* צֵרֵי	*A verbo* צור *tſur, quod eſt coarctare, quia proferri debet obſcurè, vt e Italicum, in vocibus pœna & penna.*
ֶ	*e breue*	*Segol* סֶגוֹל	*A nomine Chaldæo* סְגוּלָא *Segula, quod botrum ſignificat, quia eius formam imitari videtur: profertur autem clarè, vt e Latinum in voce penna.*

Fig.	Poteſtas.	Nomen.	Significatio.
ִי	*i longum*	*Chiric gadol* חִירִיק גָּדוֹל	*Chiric magnum, à ſono quem edit, nomen accepiſſe videtur.*
ִ	*i breue*	*Chiric Caton* חִירִיק קָטֹן	*Chiric paruum ſimiliter à ſono nomen accepit.*
וֹ	*o longum*	*Cholem* חוֹלֶם	*A ſono quem efficit priore ſyllaba, nomen habet.*
ֳ	*o breue*	*Camets chateph* קָמֵץ חָטֵף	*Camets raptum, nam* חָטַף *chataph rapere ſignificat.*
וּ	*u longum*	*Schurec* שׁוּרֶק	*A ſono quem edit priore ſyllaba: profertur autem vt, u, magnum Italicum & Germanicum.*
ֻ	*u breue*	*Kibbuts* קִבֻּץ	*A Verbo* קָבַץ *kabats, quod eſt congregare: quia labiis collectis effertur, vt, u, Gallicum.*

Quo

Quo pacto literæ cum Punctis ſyllabam efficiant, ſubiecta exempla docebunt.

va	*va*	*ve*	*ve*	*vi*	*vi*	*vo*	*vo*	*vo*	*vu*	*vu*
בָ	בַ	בֵ	בֶ	בִי	בִ	בוֹ	בֹ	בֳ	בוּ	בֻ
da	*da*	*de*	*de*	*di*	*di*	*do*	*do*	*do*	*du*	*du*
דָ	דַ	דֵ	דֶ	דִי	דִ	דוֹ	דֹ	דֳ	דוּ	דֻ
ha	*ha*	*he*	*he*	*hi*	*hi*	*ho*	*ho*	*ho*	*hu*	*hu*
הָ	הַ	הֵ	הֶ	הִי	הִ	הוֹ	הֹ	הֳ	הוּ	הֻ

Obſerua primò, omnia Puncta ſubſcribi literis Conſonantibus, exceptis Chiric magno, Cholem & Schurec, quæ ad latus, vel ſuprà ſcribi debent. *Puncta omnia, duobus exceptis, ſub literis ſcribuntur.*

II. Cholem dupliciter notari, vno modo cum litera Vau, altero ſine Vau, & tunc Punctum notari ſupra Conſonantem, cum qua facit ſyllabam, non in medio, ſed ad latus ſiniſtrum, vt diſtinguatur ab accentu Reuia, de quo infrà dicemus.

III. Camets chatuph ſæpiſſimè ſcribi ſine illis duobus Punctis additis ad Camets, ita vt figura non diſtinguatur à Camets longa Vocali. Vt ergo poſſit intelligi quando eiuſmodi Punctum ſit Camets, & quando Camets chatuph, hæ regulæ obſeruandæ ſunt. *Regula quibus diſtinguuntur Camets & Camets chatuph.*

 Prima,

Prima; si nullum habeat accentum rhetoricum, & mox sequatur Scheua, aut Daghes, non est Camets, sed Camets chatuph, vt חָכְמָה *chochma, sapientia*, non *chachma*, כָּלוּ *collu, finitæ sunt*, non *callu*. Secunda, si sequatur Maccaph, & immediatè anteà non sit א aut ה, illud est Camets chatuph, vt כָּל־אֶרֶץ, *col erets, omnis terra*, non *cal erets*.

Tertia, in finibus verborum, si quidem accentus præcedat, est etiam Camets chatuph, vt וַיָּקָם vaijacom, & surrexit, *non* vaijacam.

Aliàs semper est Camets. Quia tamen interdum Euphoniæ causa excidit Daghes ex litera quę proximè sequitur post Camets chatuph, ita vt putari possit Camets longum id, quod reuerà est Camets chatuph, idcircò, tunc, etiam in libris correctissimis, scribitur Camets chatuph cum duobus punctis expresse additis ad dexteram ipsius Camets, hoc modo, ָ:. Obserua quartò, in pronunciatione literarum cum suis punctis, priùs sonare & audiri debere literam, quàm Punctum literæ subiectum: non enim dicimus בָ *au*, sed בָ *va*: excipiuntur tamen duæ literæ gutturales ח & ע, quando in fine

Litera in pronuntiatione priùs sonat quã punctum subiectum.

fine dictionis existentes sub se habent Patach: tunc enim priùs proferri debet Punctum, quàm litera. Itaque dicemus יְהוֹשֻׁעַ *Jehoscuah*, non *Jehoscuha*; מָשִׁיחַ *Masciach*, non *Mascicha*: cuius exceptionis ratio est, quia eiusmodi Patach non est de essentia illorum nominum, neque additur ad syllabas multiplicandàs, sed solùm vt literæ illæ ex gutture pronunciari possint, siquidem integra nomina sunt, in exemplis allatis, יְהוֹשֻׁעַ מָשִׁיחַ. experientia autem docet, non posse in his nominibus ex gutture pronunciari vltimas literas. quod item accidit in omnibus similibus, vbi hæ literæ vltimum locum occupāt, nisi præcedat Camets, aut Patach. Quotiescumque igitur istas literas in fine dictionis existentes, non præcessit Camets aut Patach, necessariò additur Patach sub istis literis, vt ritè proferri possint, quod idcircò dici solet Patach suffuratum, seu Patach necessitatis. Quod autem diximus de literis ח & ע, habet etiam locum in litera ה quando punctum habet in ventre, vt patet in isto numine אֱלֹהַּ *Deus*; dicimus enim *eloah*, non *eloha*.

Obseruanda singularis pronunciatio literarum ח & ע.

Patach suffuratum.

ה cùm punctum in ventre habet, quo modo pronuntietur.

Cap. III.

De semipunctis, videlicet de Scheua.

PRAETER illa decem Puncta, quæ locum obtinent Vocalium tam longarum, quàm breuium, sunt alia tría Puncta, quæ breuissimarum Vocalium vices gerant; nimirũ Scheua, Chatephpatach, & Chatephsegol, de quibus ordine dicemus.

Puncta tria quæ vices gerunt breuissimarum vocalium.

Scheua Hebræis שְׁוָא vel שְׁבָא constituitur ex duobus punctulis vno super aliud perpendiculariter posito hoc modo, :, quod quidem interdum quiescit, interdum sonat. Quando quiescit, nullum sonum exhibet auribus, neque syllabam constituit, sed potiùs trahit literam sibi superpositam ad præcedentem, vt cum ea syllabam componat, vt cùm dicimus הָלַךְ *halach, ambulauit.* Quando sonat, idem valet, quod, e, breuissimum, & tunc syllabam constituit cum sua litera consonante more aliarum Vocalium, vt cùm dicimus דְּבַר *deuar, verbum.*

Scheua quiescens.

Scheua sonans.

APPENDIX.

Et hinc fortasse nomen accepit: videtur enim שְׁוָא *dici à Verbo* שׁוּב, *quod est redire, quia literam suam ad præcedentem trahit, & quodam modo redire facit. Atq; hinc fit, vt omnis litera in fine dictionis,*

Scheua vnde dicatur.

nis, exceptis quiescentibus quæ sunt אהוי, *si nullum habeat punctum, censeatur habere Scheua, licet non inueniatur expressum nisi sub literis* בגדכפת *quando habent Daghes lene, & præterea sub litera Caph, etiam non habente Daghes, ac in tribus aliis dictionibus,* יֵשְׂטְּ declinet. *Prouerb*.7. קֹשְׁטְּ veritas. *Prouerb*. 22. וַתַּשְׁקְּ potum dedit, *Gen*. 22. -

Quæ litera in fine dictionis censeantur habere Scheua.

Ad internoscendum autem quando Scheua sonet, quando quiescat, hæ regulę seruandæ sunt. Prima, Scheua in initio dictionis semper pronuntiatur, vt לְמוֹד *lemod*, *disce*, non *lmod*. Secunda, in fine dictionis numquam pronunciatur, vt וַיֵּשְׁתְּ *vaijest*, *& bibit*, non *vaijeste*. Tertia, in medio dictionis pronunciatur solùm sub litera geminata, vt הַלְלוּ *halelu*, *laudate*, non *hallu*: & sub litera quæ habet punctum in ventre, vt לִמְּדוּ *limmedu*, *docuerunt*, non *limmdu*; & post alterum Scheua, vt יִלְמְדוּ *jilmedu*, *discent*, non *jilmdu*, & post Vocalem longam, vt לָמְדָה *lameda*, *didicit*, non *lamda*.

Regulæ ad distinguendum Scheua sonans & quiescens.

PRIMA EXCEPTIO.

Quando duo Scheuaim sunt in fine, vtrumque quiescit, etiamsi primum sit post longam vocalem, & secundum sit post alterum Scheua, vel sub litera habente punctum in ventre, vt יֵשְׁתְּ jest, bibet, *non* jeset. יֵבְךְּ jeuch, flebit, *non* jeuech, *quamquam id*

Duo Scheuaim in fine dictionis quiescunt.

nonnulli negant, præsertim si vltima litera sit affecta puncto Daghes, tunc enim vltimum Scheua pronunciandum putant.

SECVNDA EXCEPTIO.

Scheua post vocalem longam quando quiescit.

Quando vocalis longa notata est accentu Grammatico, Scheua sequēs quiescit, vt לְמְוּדְנָה lemodna, discite, *non* lemodena; *vel quando vocalis longa eo loco habetur pro breui: vt* ו u *coniunctio cùm ponitur pro* וְ ve, *ne duo Scheuaim concurrant initio: tunc enim Scheua sequens quiescit, vt* וּנְרֹמְמָה vnromema, & exaltemus, *non* vneromema, *vt infrà in quarta parte cap. 2. fusiùs dicetur.*

APPENDIX.

Regula seruanda vt perfectè pronuntietur Scheua.

Obseruandum verò est, ad perfectam pronunciationem semipuncti Scheua, cùm post Scheua sequitur litera gutturalis, ipsum Scheua debere proferri ferè ad eum modum, quo profertur punctum subiectū literæ gutturali, & si adsit accentus qui dicitur Gahaia, proferendū planè eo modo quo profertur punctum literæ gutturalis: dicimus enim תְחִי tichi; viuet, *non* techi. *Idem dicendum est de Scheua præcedente Iod sine Chiric; vergit enim tunc Scheua ad sonum Chiric, & si adsit Gahaia, sonat planè vt Chiric, vt* בְיַד bijad, in manu, *non* beiad.

Scheua compositum.

Hæc de Scheua simplici: nunc de composito & Punctis raptis dicamus. Chateph patach estPunctum compositum ex Scheua & Patach, hoc modo ֲ, & sonat a breuissi-

uiſſimum. Chateph ſegol eſt Punctum compoſitum ex Scheua & Segol, hoc modo ֱ, & ſonat e breuiſſimum.

APPENDIX.

Addunt aliqui tertium punctum raptum, nimirum Chateph camets, quòd ſit o breuiſſimum, & diſtinguatur à Camets chatuph quod eſt o breue: ſed meliùs alij reiiciunt tertium illud punctum raptũ, atque aſſerunt Camets chatuph & Chateph camets idem eſſe, nimirum o breue; ſiquidem puncta rapta propter literas gutturales potiſſimùm inuẽta ſunt.

Puncta rapta quorſum inuenta.

Literæ enim gutturales initio dictionis nõ patiuntur vmquam ſub ſe Scheua ſimplex, neque etiam in medio dictionis; niſi præcedat accentus Grammaticus, vt שָׁלַ֫חְנוּ misimus, *vel præcedat Chiric ſub litera ſeruili, vt* תִּחְיֶה viues, *vel ſequatur Daghes lene, vt* נֶאְדָּר magnificus, *vel ſequatur litera capax ſolius Daghes fortis, ſed non affecta eiuſmodi Daghes, vt* רַעְיָתִי amica mea.

Literæ gutturales quando non admittunt Scheua ſimplex.

Quoniam igitur literæ gutturales plerumq; non poſſunt à Scheua ſimplici moueri, ideò adduntur ea puncta, quibus gutturales maximè gaudent, nimirum Patach & Segol, quæ clariſſimè & facillimè pronunciantur. Et ſanè ſi Scheua nõ ſolùm cum Patach & Segol, ſed etiam cũ Camets componeretur, nulla eſſet ratio, cur non etiã cum Tſere, Chiric, aliiſq; punctis componendũ eſſet. Ad extremum notandum eſt, puncta iſta rapta inueniri etiam interdum ſub literis geminatis, vt in voce גִּלֲלֵי ghillale, צָלֲלוּ demerſi ſunt, *Exodi* 15.

Cap. IIII.

De Daghes, & Raphe.

Svpersvnt adhuc alia duo Puncta, quæ etsi vocalium literarum munere nequaquam funguntur, suo modo tamen pronuntiationem non parum iuuant. Ea sunt דָּגֵשׁ *Daghes*, & רָפֶה Raphe. Daghes est punctum in medio literę impressum, cuius officium est vim quamdam addere ipsi literæ. Est tamen duplex Daghes, lene & forte. Lene roborat literam: forte duplicat. Exemplum lenis בֵּית *beth, domus*, non *veth*: exemplum fortis דִּבֵּר *dibber, locutus est*, non *diber*. Porrò Daghes forte inueniri potest in omnibus literis, exceptis gutturalibus אהחע & ר.

Daghes quid sit.

Daghes duplex.

Daghes forte in quibus sit literis.

Appendix.

Quamquam etiam aliquando Aleph א *& Resc* ר *sed rarißimè Daghes recipiunt, vide Genes.* 43,23. 1.*Esdr.*8,18.*Leuit.*23,17.*Iob* 33,20.*&* 1.*Reg.*1,6. 1.*Reg.*10,24. 4.*Reg.*6,22. *Prou.*10,14 *Prou.*15,1. *Cant.* 5,2. *Psal.* 52,5. *Hierem.*39,12. *Habac.*3,13. *Ezech.* 16,4.

Causa inscribendi Daghes forte in literis.

Ratio verò cur insigatur Daghes forte in literis, multiplex est. Primò insigitur ad supplendum defectum literæ Nun in coniugatione Niphal, in defe-

defectiuis Pe Nun, in Verbo נָתַן *Nathan, in Præpositione* מִן. *Secundò, ad supplendum defectum literæ geminatæ in verbis duplicantibus Aijn, & ad supplendum defectum literæ* ה *in verbis quæ habēt tertiam radicalem* ה, *& quādo in Hithpahel* ת *&* נ *conueniunt. Tertiò, ad ostendendā coniugationis grauitatē in Piel, Pual, & Hithpahel. Quartò, post* ה *demōstratiuum, &* ו *versiuū, nisi sequatur litera scheuata. Quintò, sed raro, solius euphoniæ causa.*

Daghes lene non reperitur nisi in his sex literis בגד כפת; quia tamen etiam hæ literæ Daghes forte habere possunt, ideò vt sciamus vtrùm Daghes in his literis infixum sit forte, vel lene, hæc regula notanda est. *Daghes lene in quibus reperiatur literis.*

Initio dictionis numquam esse potest nisi Daghes lene, & similiter in medio & fine post Scheua quiescens. Itaq; in hac dictione תִּזְכּוֹר *recordaberis*, vtrumque Daghes est lene: in hac verò דִּבַּרְתָּ *locutus es*, primum est lene, secundum forte, tertium lene. *Regula de Daghes.*

Raphe Hebraicè רָפֶה, id est, lene, est virgula quædam literæ suprascripta hoc modo בֿ, quæ linea significat literam esse molliùs pronuntiandam, quàm si haberet Daghes. Itaque literæ ב ג ד כ פ ת cum Daghes leni pronuntiantur asperiùs, vt Latinæ li- *Raphe quid.*

teræ b, g, d, c, p, t. Si verò habeant Raphe בּגד כּפּת pronunciantur leniùs, vt v consonans, gh, dh, ch, ph, th. Est autem sciendum in plerisque libris non exprimi istam virgulam Raphe, tamen semper subintelligi, vbi nullum est Daghes.

Appendix.

Quæ sint punctorum Daghes & Raphe loca.

Quod verò ad Orthographiā attinet vbi sit ponē- dum Daghes, & vbi Raphe, hæ regulæ seruādæ sunt.

Prima, Initio dictionis semper est Raphe, prætér- quam in literis בגדכפת *quæ Daghes habent, nisi litera præcedens fuerit vna ex quiescentibus, quæ sunt* א ה ו י, *quamquam etiam his præcedentibus in- terdum habent Daghes, nimirum si litera quiescens non quiescat eo loco, vt* פִּי גָמָל שפתי תכתה. *Item si habeat accentum distinctiuum, vt* לְבָנָה כּוֹכָב luna; stella. *Item si dictio quæ incipit ab vna ex literis* בגד כפת *sit monosyllaba, aut habeat accentum in penultima, vt* זָבַחְתָּ פֶּסַח Pascha sacrificasti. *Denique si Maccaph coniungit* ־ *dictionis monosyllabæ cum dictione incipiente ab vna ex literis* בגד כפת, *aut contrà, vt* מַה־בֶּצַע quæ cupiditas? *vt* יִצְבָה־בִּי.

Secunda in medio & fine dictionis post longam vocalem semper est Raphe, nisi notetur accentu: tunc enim Daghes esse potest, vt לָמָּה cur: *ex quo apparet, Schurec interdum pro parua vocali haberi, cùm admittat post se Daghes, vt* חוּכָּה.

Tertia, in medio & fine post vocalem breuem semper

ſemper eſt Daghes, aut Scheua ſilens, niſi notetur accentu. nam in שְׁבֶת habitare, *illud* ב *propter accentum non habet Daghes.*

Quarta, in medio & fine poſt Scheua mobile, & puncta rapta ſemper eſt Raphe, præterquam in hac voce שְׁתֵּי שְׁתַּיִם *duo.*

Quinta, in medio & in fine poſt Scheua quieſcens ſemper eſt Raphe, præterquam in literis בגד כפת *quæ habent Daghes lene: exceptis pauciſſimis, vt* מַלְכוּת regina, עַבְדֵי ſerui, *& ſimilibus.*

CAP. V.

De literis quieſcentibus.

QVATVOR literæ, quæ hoc nomine continentur אֶהֱוִי, Quieſcentes dicuntur, quia interdum nullum ſonum auribus exhibent, cuius ratio eſt, quòd vt ſuprà diximus, iis vtebantur olim Hebræi loco vocalium; nunc autem inuenta ſunt Puncta, quæ earumdem vocaliũ munere commodiùs funguntur. Itaque neceſſariò literæ iſtæ poſt inuenta Puncta, interdum ſonant, interdum quieſcunt; ſonant, quando funguntur munere ſuo, id eſt, conſonantium; quieſcunt, quando fungi deberent munere alieno, id eſt vocalium. *Literæ cur dicantur Quieſcentes.*

Expli-

א quibus in locis quiescat.

Explicemus de singulis seorsum. א quiescit in medio & fine post omnes vocales longas, & interdum post Segol & Patach, vt גֹּמֶא *iuncus*, & וַאדֹנָי *dominus*.

ה quando quiescit.

ה quiescit solùm in fine post Camets, Tsere, Cholem, longas vocales, & post Segol & Patach breues, vt פֶּה *os*, מַה *quis*: post alias vocales longas non facilè reperitur litera ה, tamen si inueniretur, sine dubio etiam in illis quiesceret.

EXCEPTIO.

ה quando in fine dictionis non quiescit.

Est autem obseruandum, interdum ה *in fine post longam vocalem non quiescere: ad quod significandum scribitur tunc punctũ quoddam in medio eius hoc modo,* הּ, *vel sub illa hoc modo* ה̣; *quod quidem punctum non est Daghes, quia non duplicat, nec roborat literam, sed est* מַפִּיק *Mappic, id est,* eductor, *quia educit sonum, dum facit vt litera sonet, quæ alioquin quieuisset.*

Mappic quidnam sit.

Solet verò Mappic potißimùm adhiberi in Pronomine affixo generis fæminini, vt בְּנָהּ filius eius: *prætereà in nomine Dei* אֱלוֹהַּ, *& in quatuor verbis.*

admirari,	superbire,	amare,	splendere.
תָּמַהּ	גָּבַהּ	כָּמַהּ	נָגַהּ

י quando quiescit.

י quiescit in medio, & in fine post Tsere, Segol, & Chiric, aliàs sonat, vt, i, consonans. Porrò in fine post Camets, Patach, Cholem,

lem, & Schurec, coaleſcit cũ præcedente, vt vocalis in diphthõgum, vt אֲדֹנָי *Adonai, Dominus*, triſyllabum; דְּבָרַי *deuarai, verba mea*, ſimiliter triſyllabum; גּוֹי *goi, gens*, monoſyllabum; בָּנוּי *banui, ædificatus*, duarũ ſyllabarum. Interdum etiam recipit Mappic, vt in dictione מַלְכֻּיּוֹת *regna*, & רֵאשִׁיּוֹת *principia*. *י quando admittit Mappic.*

ו quieſcit in medio & in fine ſub Cholem, & in Schurec; aliàs ſonat, vt, v, conſonans, & in fine poſt Camets, & Patach, Tſere, & Chiric, coaleſcit more vocalis in diphthongum, etiamſi intercedat Iod quieſcens, vt דְּבָרָיו *deuarau, verba eius*, קָו *cau, linea*, שָׁלֵו *ſaleu, quietus*, פִּיו *piu, os eius*. *ו quando quieſcit.*

APPENDIX.

Notandum verò eſt, quieſcentem literam neceſſariam eſſe ad longarum vocalium prolationẽ, & ideò ſemper eis vel actu vel poteſtate adeſſe: idcircò enim in illa ſententia לֹא תַעֲשֶׂה לְךָ פֶּסֶל non facies tibi ſculptile, *illud* פ *non habet Daghes lene, quia præcedit* ה, *virtute contentum in Camets dictionis* לְךָ. *Literæ quieſcentes ſunt neceſſariæ.*

CAP. VI.

De Accentibus.

ACCENTVS Hebręis triplex eſt, Rhetoricus, Grãmaticus, Muſicus. Rhetoricus retinet ſyllabam, vel coniungit cum *Accentus Rhetoricus.*

alia,

Accentus Grammaticus. alia, ornatus gratia: Grammaticus attollit ſyllabam, vt accentus acutus Grȩcorum, & prætereà diſtinguit orationem, vt apud Latinos puncta & virgulæ. *Accentus Muſicus.* Muſicus deſignat tonum, quo ſyllaba cani debet.

Porrò Rhetorici accentus quatuor ſunt. *Metegh.* Primus dicitur Metegh, cuius officium eſt retinere ſyllabam, quam afficit, & ſcribitur ſub litera hoc modo בָ. Secundus dicitur *Mazze.* Mazze, cuius idem eſt officium, & ſcribitur ſupra literam hoc modo בּ. Tertius dicitur *Gahaia.* Gahaia, & eſt retinaculũ ſolius pũcti Scheua; cùm Metegh & Mazze aliis Pũctis adiungantur; ſcribitur autem ſic בְ. Quartus *Maccaph.* dicitur Maccaph, cuius officium eſt cõiungere vnam dictionem cum alia, & ſcribitur inter duas dictiones hoc modo כָּל־גוֹי.

Grammatici accentus ſunt 31. Grammatici accentus numerãtur triginta & vnus, nimirum viginti reges, & vndecim miniſtri, qui omnes acuunt ſyllabam quam afficiunt; & prætereà diſtinguũt orationem: quamquã, quod attinet ad diſtin- *Quatuor propriè ſunt accentus Grammatici.* ctionem, ex tanto numero ſolùm quatuor ſunt propriè Grammatici; reliqui enim magis Muſicæ, quàm Grammaticæ deſeruiũt.

Primus

Primus dicitur Soph pasuch, siue Siluc, cuius officium est acuere syllabam, & distinguere periodos; scribitur autem sub litera hoc modo בָ, ita vt figura non distinguatur à Metegh. Facilè tamen vnum ab alio internosces, si animaduertas, è duobus accentibus in eadem dictione positis, priorem esse Rhetoricum, posteriorem Grammaticum; vel si vnus tantùm sit, eum necessariò esse Grammaticum, nulla enim est dictio sine accentu Grammatico, nisi ea quæ per Maccaph cum alia iungitur. *Soph pasuch.* *Nota.* *Grammaticus accentus quandò abest à dictione.*

Secundus est Athnach, qui præterquam quòd syllabam attollit more aliorum, distinguit medias periodos, seu membra orationis, & hoc modo sub litera pingitur ב֑, hunc tamen vsum non habet in libro Iob, Psalterio, & Prouerbiis. *Athnach.*

Tertius est Zakeph caton, qui & syllabam acuit, vt cæteri, & concisa distinguit: scribitur vt Scheua, sed hoc modo supra literam notatur ב֔. *Zakeph caton.*

Quartus est Reuia, qui minimis distinctionibus seruit, & hoc modo supra literam scribitúr ב֗. Cæterorum nomina & figu- *Reuia.*

figuras, quamuis ij negligi potuissent, hîc breuiter subiiciemus, ne quid vel à curiosis desideretur.

ACCENTVS REGII.

No.	Sign	Name	No.	Sign	Name
1	בְ׃	סוֹף פָּסוּק	11	בי	לְגַרְמֵי
2	ב֑	אַתְנָח	12	ב֜	גֶּרֶשׁ
3	ב֔	זָקֵף קָטוֹן	13	ב֞	גְּרָשַׁיִם
4	ב֕	זָקֵף גָּדוֹל	14	ב֚	יְתִיב
5	ב֗	רְבִיעַ	15	ב֮	זַרְקָא
6	ב֛	תְבִיר	16	ב֡	פָּזֵר גָּדוֹל
7	ב֖	טַרְחָא	17	ב֡	פָּזֵר קָטוֹן
8	ב֒	סְגוֹלְתָּא	18	ב֟	קַרְנֵי פָרָה
9	ב֙	פַּשְׁטָא	19	ב֓	שַׁלְשֶׁלֶת
10	בי	פְּסִיקִי	20	ב֠	תְּלִישָׁא גְדוֹלָה

ACCENTVS MINISTRI.

No.	Sign	Name	No.	Sign	Name
1	ב֣	מוּנַח	6	ב֥	מֵירְכָא פְשׁוּטָה
2	ב֤	עִלּוּי	7	ב֦	מֵירְכָא כְּפוּלָה
3	ב֥	מְכַרְבֵל	8	ב֨	קַדְמָא
4	ב֧	מַהְפָּךְ	9	ב֩	תַּרְסָא
5	ב֚	מְאַיְּלָא	10	ב֧	דַּרְגָּא
			11	ב֪	יָרֵחַ בֶּן יוֹמוֹ

APPENDIX.

Quod autem ad sedem attinet accentuum, hæ regulæ tradi possunt. Accentus Grammaticus in penultima syllaba collocatur. Primò in omnibus Nominibus & Verbis, quæ habent Segol in vltima, vt בֶּגֶד vestis, קֹדֶשׁ sanctitas, סֵפֶר liber, מָוֶת mors, לֶכֶת ambulare: *& idem dicendum est de iis, quæ habent Patach in vltima loco Segol, quando nimirum vltima, vel penultima ast* ח *vel* ע, *vt* דַּעַת scientia, פֶּסַח Pascha. *Hæc tamen regula locum non habet, quando vltima thematis est* ה, *dicimus enim* מֹשֶׁה Moses, בּוֹנֶה ædificans, *nisi fortè sequatur dictio monosyllaba aut Millel.* Regula de Accentuum sedibus.

Secundò, in illis omnibus Nominibus quæ habent Camets vel Patach ante Iod mobile, vt בַּיִת מִצְרַיִם domus Ægypti: *ad quam Regulam pertinent omnia dualia.*

Tertiò, in illis Nominibus, quæ desinunt in Iod præcedente Chiric, si Punctum penultimum fuerit Cholem, vel Segol, vt קֹשִׁי duritia, חֹלִי infirmitas, שֶׁבִי captiuitas.

Quartò, in illis quæ terminantur in Schurec præcedente ה, *vt* בֹּהוּ vacuitas, תֹּהוּ desolatio, פְּקָדָהוּ visitauit eum.

Quintò, in Præteriti secunda persona singularis numeri, masculini generis, & prima persona communis generis, vtriusque numeri, vt לָמַדְתָּ לָמַדְתִּי לָמַדְנוּ didicisti, didici, didicimus; *nisi fortè adsit Vau versiuum, tunc enim aliquando accentus ponitur in vltima.*

Sexto, in Præteriti tertia persona plurali, quando propter pausam vertitur Scheua in Punctum longum: vt לָמָ֑דוּ didicerunt, *pro* לָמְדוּ. חָפֵ֑צוּ voluerunt, *pro* חָפְצוּ. יָכֹ֑לוּ potuerunt, *pro* יָכְלוּ. *Idem dicendum est de tertia singulari fœminini generis, vt* לָמָ֑דָה didicit, *pro* לָמְדָה.

Septimò, in Præteriti tertia plurali, & tertia singulari fœminini generis, Verborum quiescentium, vel duplicantium Ayn: vt בָּ֫נוּ intellexerunt, בָּ֫נָה intellexit. סָ֫בּוּ circuiuerunt, סָ֫בָּה circuiuit.

Octauò, in tertia Præteriti, quando sequitur dictio monosyllaba, vel alia habens accentum in prima syllaba: vt בָּ֫נָה עִיר ædificauit ciuitatem. קָ֫רָא לָ֫יְלָה vocauit noctem. *Idem seruatur in Parti ipsis Verborum quiescentium Lamed He, vt* בּ֫וֹנֶה עִיר ædificans ciuitatem.

Nonò, in secunda plurali generis fœminini Imperatiui, & secunda ac tertia plurali generis fœminini Futuri, vt לְמֹ֫דְנָה discite, תִּלְמֹ֫דְנָה discetis, *vel* discent.

Decimò, in Coniugatione Hiphil, in tertia plurali, tertia singulari fœminini generis, vt הִפְקִ֫ידוּ præfecerunt, הִפְקִ֫ידָה præfecit. *In reliquis omnibus tam Nominibus quàm Verbis, accentus Grammaticus collocatur in vltima.*

PARS SECVNDA, QVÆ EST DE NOMINE.

CAP. I.

De iis quæ Nomini generaliter accidunt.

EXPLICAVIMVS ea quæ pertinent ad rationem legendi & scribendi verba Hebraica: nunc de Partibus Orationis, quæ tres sunt apud Hebræos; Nomen, cum quo Pronomen coniungunt; Verbum, cui etiam Participium annectunt; & Dictio, quæ Præpositiones, Coniunctiones, Aduerbia, & Interiectiones complectitur, suo ordine differemus. *Orationis partes apud Hebræos sunt tres.*

Ac Primùm de Nomine in vniuersum dicendum est, deinde de singulis Nominum formis siue speciebus. Nomini in vniuersum accidunt quatuor, Genus, Numerus, Casus, & Regimen genitiui. Genera in Hebraicis Nominibus tria sunt: Masculinum, Fæmininum, Commune. Neutro carent Hebræi, sed pro eo Fæmininum vsurpant, vt B. Hieronymus annotauit in Commentario ad finem 7. cap. Ecclesiastę. *Nomini accidunt quatuor.* *Genera tria.*

Nominum Masculinorum terminatio.

Masculina terminantur quouis modo, præterquam in ה, præcedente Camets, vel in ת, præcedente Segol, Chiric, vel Schurec, vt דָּבָר *verbum*, אִישׁ *vir*. Excipiuntur numeri Cardinales, de quibus suo loco.

Femininorum terminatio.

Fæminina terminantur in ה, præcedente Camets & accentu in vltima, vt אִשָּׁה *mulier*, vel in ת præcedente Segol & accentu in penultima, vt קֶשֶׁת *arcus*, vel præcedente Chiric, aut Schurec, & accentu in vltima, vt גָּפְרִית *sulphur*, מַלְכוּת *regnum*.

EXCEPTIO.

Sunt tamen præter hæc nonnulla irregularia, quæ sunt fæminina, & tamen non terminantur altero horum modorum, vt רוּחַ ventus, אֶבֶן lapis: *præterea omnia nomina vrbium, & regionum, nec non membra quæ natura sunt gemina, vt* oculus, auris, pes, manus, *& cetera, quocumque terminentur modo, fæminina sunt.*

Communis generis terminatio.

Communia terminantur quolibet modo more masculinorum, & ferè sunt huius generis nomina animalium, vt בָּקָר *bos*, חֲזִיר *sus*, &c.

Numeri tres.

III. Numeri Nominũ Hebraicorum sunt tres: Singularis, Pluralis, Dualis. Singularis terminatur variis modis, vt iam diximus.

Plura-

Pluralis in Masculinis fit à singulari addito ים, vt à דָּבָר fit דְּבָרִים. In Fæmininis quæ desinunt in ה mutatur ipsum ה cum puncto Camets in וֹת, vt à טוֹבָה *bona*, fit טובות. in iis, quæ desinunt in ת præcedente Segol, additur וֹת, vt à קֶשֶׁת *arcus*, fit קְשָׁתוֹת. in iis, quæ desinunt in ת præcedente Chiric, aut Schurec, mutatur vltima syllaba in יּוֹת, vt à גָּפְרִית *sulphur*, fit גָּפְרִיּוֹת; à מַלְכוּת *regnum*, fit מַלְכֻיּוֹת.

Modus formandi Pluralem numerum.

IV. Obseruandum autem est, interdum Nomina quæ in singulari habent terminationem masculinam, in plurali habere fæmininam, & contrà, vt אָב *pater*, אָבוֹת: יוֹנָה *columba*, יוֹנִים.

Nota.

V. Dualis numerus non differt à Plurali, nisi quòd penultima litera in Plurali est Iod quiescens in Chiriç, vt אֲלָפִים, *multa millia*; in Duali autē est Iod mobile, sub se habens Chiric, præcedente Patach, vt אַלְפַּיִם, *duo millia*. Sortiuntur autē Dualem numerum ea solùm Nomina, quę natura sunt geminata, vt עֵינַיִם *oculi*, אָזְנַיִם *aures*, & similia.

Dualis numerus qua in re à Plurali distinguatur.

VI. Porrò sunt quædam Nomina, quæ solùm habent numerum Singularem, vt צֹאן *pecus*, זָהָב *aurum*: quædam quæ solùm habent

Nomina sunt aliqua vnius tantùm numeri.

habent pluralem, vt חַיִּים *vitæ*, בְּתוּלִים *virginitates*, נְעוּרִים *pueritiæ*: quædam quæ solùm habent dualem, vt מַיִם *aquæ*, שָׁמַיִם *cæli*, רֵחַיִם *molæ*.

Casu Nominum Hebræi non habent.

VII. Casus Hebræi nullos habent, sed eos tamen interdum per articulos designant, hoc modo: דָּבָר *verbum*; הַדָּבָר siue שֶׁל דָּבָר *verbi*; לְדָבָר *verbo*; אֶת־דָּבָר *verbum*; הַדָּבָר *ô verbum*; מִדָּבָר *à verbo*.

VIII. Obseruandum autem est, nullum horum esse purum articulum; siquidem ה, est etiam Aduerbium vocandi: לְ, אֶת, & מִן sunt Præpositiones, vt infrà docebimus; שֶׁל non est in vsu in Diuinis literis, sed solùm apud Rabbinos.

IX. Obseruandum est etiam, ה non solùm genitiuo, sed etiam ceteris omnibus casibus iungi posse; pari ratione לְ, non solùm Datiuo, sed etiam Genitiuo, & Accusatiuo interdum seruire; denique אֶת, non solùm Accusatiuum, sed etiam Nominatiuum, Datiuum, & Ablatiuum aliquando designare.

Vide plura in fine Grammaticæ, vbi de Dictionibus indeclinabilibus agitur.

Regi-

Regimen genitiui in masculinis numeri singularis, non mutat ferè nisi Puncta longa in breuia: vt שָׂר *princeps*, in regimine שַׂר אֶרֶץ *princeps terræ*. In numero autem plurali aufert literam vltimam, & mutat Chiric in Tsere, vt שָׂרִים *principes*: שָׂרֵי אֶרֶץ, *principes terræ*. In duali aufert similiter vltimam literam, & Chiric; & mutat Patach in Tsere, vt עֵינַיִם *oculi*, in regimine עֵינֵי יוֹנִים, *oculi columbarum*. At in nominibus fœmininis, quæ terminantur in ה præcedente Camets, mutatur ה in ת, & Camets in Patach: vt מַלְכָּה *Regina*, מַלְכַּת מִצְרַיִם *Regina Ægypti*. quæ terminantur in ת, nihil mutant, & similiter in plurali fœminina omnia nihil mutant. *De Regimine præcepta.*

CAP. II.

De variis Nominum formis.

NOMINA apud Hebræos, vt etiam apud alias gentes, alia sunt Propria, alia Appellatiua, in quibus nihil aliud notandum occurrit, quàm quòd Propria Nomina carent Numero multitudinis, Regimine genitiui, ה Demonstratiuo, & Pronomine Affixo.

II. Item alia Substantiua, alia Adiectiua sunt, quæ hoc solùm in hac lingua peculiare habent; quòd ab Hebræis dicitur Nomen תֹּאַר, id est *formale*, siue Adiectiuum omne illud, quod mouetur de Masculino in Fœmininum per additionem literæ ה, vt מֶלֶךְ, *rex*, מַלְכָּה, *regina*, טוֹב, *bonus*, טוֹבָה, *bona*: itaque multa vocant ipsi Adiectiua, quæ nos Substantiua nominamus.

Adiectiuum Nomen.

III. Comparatiua & Superlatiua non habent: sed circumloquuntur per duas particulas מִן & מְאֹד hoc modo, טוֹבִים דּוֹדֶיךָ מִיַּיִן, id est, *boni amores tui præ vino*. Cant. 1. quod nos diceremus, *meliores vino amores tui*. וְהִנֵּה טוֹב מְאֹד, id est, *& ecce bonum valdè*. Gen. 1. quod nos diceremus, *& ecce erat optimum*.

Comparatiuis & Superlatiuis carent Hebrai.

Appendix.

Sunt denique alia Nomina primitiua, alia deriuatiua. Primitiua dicuntur, quæ non deriuantur aliunde, sed ex ipsis deriuantur alia. talia sunt quæ ipsam Radicem continent. Vocatur autē Radix illa dictio, siue sit Verbum, siue Nomen, quæ in Dictionario maiusculis literis notatur; quæq; plerumque tribus tantùm literis constat, & ex qua per aliquam mutationem deducuntur multæ aliæ dictiones, vt דֶּגֶל, *id est*, vexillum, *nomen est primitiuum, inde enim*

Primitiua Nomina.

Quid sit Radix.

enim fit דָּגַל,*id est*,erigere vexillum,דָּגוּל,*id est*,insignis *siue* præclarus,נִדְגָּלוֹת,*id est*,castra cũ vexillis.

Deriuatiua dicuntur, quæ descendunt à Radice, siue primaria illa dictione: quod fieri potest quatuor modis. Primò, per additionem. Secundò, per detractionem. Tertiò, per vtrumque simul. Quartò, sine additione, vel detractione, per solam mutationem Punctorum. De singulis Modis seorsum, & ordine explicemus. *Deriuatiua Nomina fiunt quatuor modis.* *Per additionem formantur Nomina deriuatiua, cùm ad Radicem additur vna ex his literis* הָאֶמַנְתִּי, *quæ Nomina propterea dicuntur Heemantica.* *Deriuatiua per additionem.* *Et quidem* ה *format Nomina, quando additur in fine; si tamen accentus ponatur in penultima, vt* לַיְלָה nox. *Heemantica Nomina.* *Si enim accentus ponatur in vltima, tunc litera* ה *non est formatiua Nominis, sed signum generis fœminini. Addunt quidam* ה *formatiuum interdum præponi, vt in voce* הַשְׁמָעוּת auditus,*sed fortasse falluntur: illud enim* ה *demonstratiuum esse videtur. Vide infrà parte 4. cap. 2. de literis Seruilibus, litera* ה.

א, *Format Nomina quando præponitur, & sub se habet Patach, aut Segol, vt* אֶצְבַּע, digitus, אַשְׁמוּרָה, custodia.

מ, *Præponitur, & sub se Chiric aut Patach requirit, vt* מִזְמוֹר Psalmus, מַאֲכָל cibus; *interdum sed rarò postponitur, vt* שִׁלְשׁוֹם nudiustertius.

נ, *Præponitur cùm format Nomina Propria, vt* נַפְתָּלִי, נִמְרוֹד; *postponitur autem cùm format cetera, & interdum est simul nota diminutionis, vt* שַׁבָּתוֹן, sabbatulum, אִישׁוֹן, paruus vir.

ת, *Præponitur interdum & sub se habet Chiric, aut Patach, vt* תִּרְזָה cedrus, תַּלְמִיד discipulus : *interdum postponitur, vt* עָפְרִית sulphur, מַלְכוּת regnum : *interdum præponitur & postponitur, vt* תִּפְאֶרֶת gloria : *interdum etiam habet Scheua, vt* תְּהִלָּה laus.

י, *Præponitur cùm format Nomina Propria, vt* יִצְחָק, יַעֲקֹב. *& hinc apparet nomen illud* יהוה *esse proprium nomen Dei : postponitur autem cùm format nomina gentilia, vel patronymica, vel numeralia ordinalia, vt* עִבְרִי Hebræus, צָרְפָתִי Gallus, שֵׁנִי secundus, שְׁלִישִׁי tertius.

Per detractionem formantur nomina ab illis Radicibus, quarum prima litera est Nun vel Iod; vt שִׂיא sublimitas, *à Verbo* נָשָׂא leuare; *&* צֵאָה sordes, *à Verbo* יָצָא exiuit. *Item ab illis, quarum secunda litera est Vau; vt* גֵּר peregrinus, *à* גּוּר peregrinari; צַר hostis, *à* צוּר obsidere. *Item ab illis, quarum tertia est* ה; *vt* בֵּן filius, *à* בָּנָה ædificare; אָב pater, *ab* אָבָה voluit : *denique ab illis, quarum secunda & tertia sunt similes; vt* חֵץ sagitta, *à* חָצַץ sagittare; עֹז fortitudo, *à* עָזַז fortificare.

Per additionem & detractionem simul formantur illa nomina quæ deriuantur à Radicibus proximè notatis, & simul adsciscunt vnum ex literis Heemantitis, id est, ex illis sex האמנתי. *Quæ enim fiunt à Radice, cuius prima litera est Nun, asciscunt plerumque Mem in principio cum Patach, vt* מַטָּע plantatio, *à Verbo* נָטַע plantare, *& quæ fiunt à Radice, cuius prima litera est Iod, asciscunt Mem, vel*

Tau in principio, cum Cholem, vt מוֹשָׁב cathedra, *à Verbo* יָשַׁב ſedere; תּוֹדָה confeſſio, *à* יָדָה confiteri.

Quæ fiunt à Radice cuius ſecunda litera eſt Vau, aſciſcunt Mem in principio cum Camets, vt מָקוֹם, locus, *à Verbo* קוּם ſurgere: *aſciſcunt etiam & alias literas, vt Tau initio vel in fine;* ה *&* ן *in fine: ſed hæc omnia vſus meliùs docebit.*

Quæ fiunt à Radice cuius tertia eſt He, aſciſcunt ferè Mem in capite cùm Patach aut Chiric, vt מַרְאָה viſio, *à* רָאָה videre, מִקְנֶה poſſeſſió, *à* קָנָה poſſidere.

Quæ denique fiunt à Radice, cuius ſecunda & tertia ſunt ſimiles, aſciſcunt initio Mem cum Camets, aut Tſere, vt מָסָךְ aulæum, *à* סָכַךְ tegere; מֵסַב, circuitus, *à* סָבַב circuire.

Per ſolam mutationem Punctorum quæ deriuantur nomina à ſuis Radicibus; facillima ſunt, vt מֶלֶךְ rex, מָלַךְ regnare; דֶּרֶךְ via, דָּרַךְ tendere; *ſiquidem æquè citò reperiuntur, atq; ipſæ Radices.*

CAP. III.

De Nominibus numeralibus.

NOMINA numeralia cardinalia, tria quædam apud Hebræos habent propria: Vnum, quòd Maſculina à tribus ad decem habent terminationem Fæmininorum, & contrà Fæminina Maſculinorum, paucis exceptis.

Alterum, quòd Nomina iſta numeralia numeri Singularis iunguntur Subſtantiuis numeri Pluralis, & contrà: dicimus enim חָמֵשׁ שָׁנִים, *quinque anni*, חֲמִשִּׁים שָׁנָה, *quinquaginta annus.*

Tertium, quòd numeri minores præponuntur maioribus, in compoſitione præcipuè, vt perſpicuum eſt ex illis verbis Geneſis 5. *Et vixit Seth poſtquam genuit Enos* שְׁבַע שָׁנִים וּשְׁמֹנֶה מֵאוֹת שָׁנָה *ſeptem annos, & octingentos annos.* Porrò ad maiorem commoditatem ſtudioſorum, Tabulam omnium Numerorum ſubiiciemus.

Numeri

Numeri Cardinales.

Generis Fæm. *Regim. Abſolut.*	Generis Maſcul. *Regim. Abſolut.*	
אַחַת אַחַת	אֶחָד אַחַד	*Vnus*
שְׁתַּיִם שְׁתֵּי	שְׁנַיִם שְׁנֵי	*Duo*
שָׁלֹשׁ שְׁלֹשׁ	שְׁלֹשָׁה שְׁלוֹשֶׁת	*Tres*
אַרְבַּע אַרְבַּע	אַרְבָּעָה אַרְבַּעַת	*Quatuor*
חָמֵשׁ חֲמֵשׁ	חֲמִשָּׁה חֲמֵשֶׁת	*Quinque*
שֵׁשׁ שֵׁשׁ	שִׁשָּׁה שֵׁשֶׁת	*Sex*
שֶׁבַע שְׁבַע	שִׁבְעָה שִׁבְעַת	*Septem*
שְׁמוֹנֶה שְׁמוֹנַת	שְׁמוֹנָה שְׁמוֹנַת	*Octo*
תֵּשַׁע תְּשַׁע	תִּשְׁעָה תִּשְׁעַת	*Nouem*
עֶשֶׂר עֶשֶׂר	עֲשָׂרָה עֲשֶׂרֶת	*Decem*
אַחַת עֶשְׂרֵה	אַחַד עָשָׂר	*Vndecim*
שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה	שְׁנֵים עָשָׂר	*Duodecim*
שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה	שְׁלֹשָׁה עָשָׂר	*Tredecim*
אַרְבַּע עֶשְׂרֵה	אַרְבָּעָה עָשָׂר	*Quatuordecim*
חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה	חֲמִשָּׁה עָשָׂר	*Quindecim*
שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה	שִׁשָּׁה עָשָׂר	*Sexdecim*
שְׁבַע עֶשְׂרֵה	שִׁבְעָה עָשָׂר	*Septemdecim*
שְׁמוֹנַת עֶשְׂרֵה	שְׁמוֹנָה עָשָׂר	*Octodecim*
תְּשַׁע עֶשְׂרֵה	תִּשְׁעָה עָשָׂר	*Nouemdecim*

Scholia.

Duo illi שְׁתַּיִם שְׁנַיִם *compoſiti cum aliis numeris mutant ſecundū ac tertium Punctum in vnum Tſere,*

re, שְׁנַיִם ; שְׁתַּיִם *cū aliis Nominibus aut perdunt* ם, *vt* שְׁנֵי אֲנָשִׁים duo viri, *aut nihil mutāt, vt* שְׁנַיִם אֲנָשִׁים.

Deinceps communis sunt generis vsque in infinitum.

Quinquaginta	*Quadraginta*	*Triginta*	*Viginti*
חֲמִשִּׁים	אַרְבָּעִים	שְׁלֹשִׁים	עֶשְׂרִים
Nonaginta	*Octoginta*	*Septuaginta*	*Sexaginta*
תִּשְׁעִים	שְׁמוֹנִים	שִׁבְעִים	שִׁשִּׁים

Bis mille	*Mille*	*Pluries centum*	*Bis centum*	*Centum*
אַלְפַּיִם	אֶלֶף	מֵאוֹת	מָאתַיִם	מֵאָה

Bis decem millia	*Decem millia*	*Pluries mille*
רִבּוֹתַיִם	רְבָבָה רִבּוֹא	אֲלָפִים

Pluries decem millia.

רְבָבוֹת vel רִבּוֹת:

Numerus ordinalis.

Generis fœminini.		Generis masculini.	
Secunda	*Prima*	*Secundus*	*Primus*
שֵׁנִית	רִאשׁוֹנָה	שֵׁנִי	רִאשׁוֹן
Quarta	*Tertia*	*Quartus*	*Tertius*
רְבִיעִית	שְׁלִישִׁית	רְבִיעִי	שְׁלִישִׁי
Sexta	*Quinta*	*Sextus*	*Quintus*
שִׁשִּׁית	חֲמִישִׁית	שִׁשִּׁי	חֲמִישִׁי
Octaua	*Septima*	*Octauus*	*Septimus*
שְׁמִינִית	שְׁבִיעִית	שְׁמִינִי	שְׁבִיעִי
Decima	*Nona*	*Decimus*	*Nonus*
עֲשִׂירִית:	תְּשִׁיעִית	עֲשִׂירִי	תְּשִׁיעִי

CAP.

ליהודה
ירחהו שמה כוס מלא חמת
הבינים ולא הסיר מפיו:

התאוה דויד [ויאמר מי ישקני] מים
מבאר בית-לחם [אשר בשער] ושלשה
הגברים נשאו מים [ויביאו] אליך
/דבירו] ויסך יהוה לו

CAP. IIII.

De Pronomine.

QVATVOR sunt Hebræis Pronomina, Primitiuum, Deriuatiuum seu Possessiuum, Demonstratiuum, & Relatiuum. *Pronomina Hebræa sunt 4.*

Inflexio Pronominis Primitiui.

Nominatiuus sing.	*Genitiuus.*	*Datiuus.*	*Accusatiuus.*	*Ablatiuus.*
ego cõ. gen. אֲנִי & אָנֹכִי	*mei com. g.* שֶׁלִּי	*mihi cõ. ge.* לִי	*me com. ge.* אוֹתִי	*à me com. g.* מִמֶּנִּי
tu maſ. gen. אַתָּה	*tui m. gen.* שֶׁלְּךָ	*tibi m. gen.* לְךָ	*te maſ. gen.* אוֹתְךָ	*à te maſ. g.* מִמְּךָ
tu fem. gen. אַתְּ	*tui fem. ge.* שֶׁלָּךְ	*tibi fe. gen.* לָךְ	*te fem. gen.* אוֹתָךְ	*à te fem. g.* מִמֵּךְ
ille m. gen. הוּא	*illius m. ge.* שֶׁלּוֹ	*illi m. gen.* לוֹ	*illum m. ge.* אוֹתוֹ	*ab illo m. g.* מִמֶּנּוּ *vel* מִנּוּ
illa fem ge. הִיא	*illius f. gen.* שֶׁלָּהּ	*illi fem. ge.* לָהּ	*illam fe. ge.* אוֹתָהּ	*ab illa fe. ge.* מִמֶּנָּה

Nomi-

Nominatiuus plur.	*Genitiuus.*	*Datiuus.*	*Accusatiuus.*	*Ablatiuus.*
nos com. ge. אֲנוּ & אֲנַחְנוּ & נַחְנוּ	*nostrũ c.g.* שֶׁלָּנוּ	*nobis c. gen.* לָנוּ	*nos co. gen.* אוֹתָנוּ	*à nobis c.g.* מִמֶּנּוּ
vos m. gen. אַתֶּם	*vestrũ m.g.* שֶׁלָּכֶם	*vobis m. ge.* לָכֶם	*vos m. gen.* אֶתְכֶם	*à vobis m.g.* מִמְּכֶם & מִכֶּם
vos fe. gen. אַתֶּן	*vestrũ f. g.* שֶׁלָּכֶן	*vobis f. ge.* לָכֶן	*vos fem. ge.* אֶתְכֶן	*à vobis f.g.* מִמְּכֶן
illi ma. gen. הֵם	*illorũ m.g.* שֶׁלָּהֶם	*illis m. gen.* לָמוֹ *vel* לָהֶם	*illos mas. g.* אוֹתָם & אֶתְהֶם	*ab illis m.g.* מֵהֶם
illæ fem. ge. הֵן	*illarũ fe. g.* שֶׁלָּהֶן	*illis fe. gen.* לָהֶן	*illas f. gen.* אוֹתָן	*ab illis fe. g.* מֵהֶן

11. Est autem hoc loco obseruandum, Pronomen ipsum integrum esse illud quod habetur in Nominatiuo, quo etiam vtimur pro Vocatiuo. Pro casibus reliquis fit quædam compositio ex Articulis, & vltimis literis

teris Pronominis, vt ex præmiſſa Tabella intelligi poteſt.

III. Iam verò Pronomen Poſſeſſiuum fit ex vltimis literis Pronominis Primitiui, adiunctis cuicumque Nomini, eo modo quo adiunguntur Articulis. *Pronomen Poſſeſſiuum.*

Exemplum Pronominis Poſſeſſiui.

Primæ perſonæ comm. generis.	*Secundæ perſonæ maſc. gen.*	*Secundæ perſonæ fæm. gen.*	*Tertiæ perſonæ maſc. generis.*	*Tertiæ perſona fæm. generis.*
verbũ meũ.	*verbũ tuũ.*	*verbũ tuũ.*	*verbũ eius.*	*verbũ eius.*
דְבָרִי	דְבָרְךָ	דְבָרֵךְ	דְבָרוֹ	דְבָרָה
verba mea.	*verba tua.*	*verba tua.*	*verba eius.*	*verba eius.*
דְבָרַי	דְבָרֶיךָ	דְבָרַיִךְ	דְבָרָיו	דְבָרֶיהָ
verb. noſtrũ	*verb. veſtrũ*	*verbũ veſt.*	*verbũ eorũ.*	*verbũ earũ.*
דְבָרֵנוּ	דְבַרְכֶם	דְבַרְכֶן	דְבָרָם	דְבָרָן
verb. noſtra	*verb. veſtra*	*verb. veſtra*	*verba eorũ.*	*verba earũ.*
דְבָרֵינוּ	דִבְרֵיכֶם	דִבְרֵיכֶן	דִבְרֵיהֶם	דִבְרֵיהֶן

IIII. Demonſtratiuum Pronomen numeri ſingularis maſculini generis eſt זֶה, *hic, iſte*; fæminini gen. זוֹ, זֹה, זֹאת, *hæc, iſta*; *Pronomen Demonſtratiuum.*

Communis generis, זו *hic* & *hæc*. In numero autem plurali vtriusque generis אֵל, &, אֵלֶה *isti* & *istæ*.

Pronomen Relatiuum. v. Relatiuum Pronomen extra interrogationem est אֲשֶׁר, vtriusque generis, & numeri: significat enim, *qui, quæ, quos, quas, cuius, cui, quorum, quarum, quibus*, &c. & loco huius sæpè ponitur sola litera שֶׁ.

vi. Interrogatiua sunt מָה מַה מֶה מִי, quorum primum dicitur solùm de homine, vt מִי אַתָּה בְּנִי. *quis tu fili mi?* Gen. 17. reliqua tria dicuntur de omnibus rebus excepto homine, vt מֶה מִשְׁפַּט הָאִישׁ, *Quod iudicium*, siue, *Quis habitus illius viri?* 2. Reg. 1. Est autem obseruandum, quando post מִי vel מָה sequitur aliud Relatiuum, tunc ipsum מִי vel מָה, non sonare *Quis* vel *quid*, sed *is* vel *id*; vt מַה שֶּׁהָיָה, *id quod fuit*. Eccles. 1.

CAP.

De mutatione Punctorum in Nominibus.

QVINQVE *sunt causæ, cur aliquando Puncta vocalia mutentur in Nominibus.* 1. *est accentus.* 2. *regimen genitiui.* 3. *numerus multitudinis.* 4. *genus fæmininum.* 5. *coniunctio cum Pronomine possessiuo, quod & Affixum dici solet.* *Puncta in Nominibus mutantur quinque ob causas.*

II. *Accentus duobus modis Puncta mutare solet: nam Accentus distinguentes, nimirum Siluc, Athnach, Zakeph caton, & Reuia, frequenter mutant vocales breues in longas, vt* ַ *&* ֶ *in* ָ *, &* ְ *ac* ֵ *in* ֵ *vel* ָ *,* ֻ *in* וּ*,* ֹ *in* וֹ*. hinc propter huiusmodi accentus sæpè legimus* שָׁמֶשׁ sol, *pro* שֶׁמֶשׁ. אָרֶץ terra, *pro* אֶרֶץ. יִשְׂמָחוּ lætabuntur, *pro* יִשְׂמְחוּ. חָפֵצוּ volent, *pro* חָפְצוּ*, & similia; Contrà verò accentus qui dicitur Maccaph, plerumque vocales longas mutat in breues: hinc* מָה *ante Maccaph vertitur in* מַה־*, &* כֹּל *vertitur in* כָּל־*, & sic de cæteris.*

III. *Aliæ quatuor causæ non mutant omnia Puncta, sed solùm quatuor, videlicet* ָ ֵ ֹ וּ*. de quorum mutatione antequam explicemus, obseruanda sunt duo: vnum est, præter illa quatuor Puncta, etiam Scheua interdum mutari, sed ideò non numerari inter Puncta mutabilia, quòd nec sint Punctum propriè, sed semipunctum: nec mutetur ob illas causas, ob quas mutantur alia Puncta, sed solùm ne duo Scheuaim initiò cōcurrant; vt vtrumq; videatur legendum: tunc enim primū Scheua vertitur in Chiric, vt verbi gratia dicimus,* לִלְמוֹד ad discendum, *Scheua nonnumquam mutatur.*

pro תַּלְמִידֵי: *si autem primum Scheua sit compositum, vt sub Gutturalibus ferè contingit, aufertur solùm ipsum Scheua, & remanet purum Patach, aut purũ Segol, vt pro* עֲנָוֵי, *dicimus* עַנְוֵי mansueti, *& pro* עֶגְלוֹ *dicimus* עֶגְלוֹ vitulus eius. *Alterum est, quod obseruari volumus, Nomina omnia aut esse monosyllaba, aut dissyllaba, aut polysyllaba; sed tamen eamdem esse rationem hoc loco dissyllaborum & polysyllaborum: in polysyllabis enim nõ mutantur nisi duo vltima Puncta, prioribus immotis permanentibus, nisi fortè Scheua mutandum sit in Chiric, ne duo Scheuaim simul legantur; vt in Nominibus fœmininis plerumque accidit. Dicemus ergo ordine, qua ratione mutentur singula Puncta, tam in monosyllabis, quàm in vltima & penultima polysyllaborum.*

De ִ ֵ ֶ ו in monosyllabis.

IV. *Monosyllaba, quæ habent Puncta mutabilia, illa sunt, quæ fiunt à Radicibus incipientibus à Nun, vel à Iod, vel quæ deriuantur à Radicibus duplicantibus secundam, vel habentibus literam Vau in secunda, aut literam He in tertia.*

De Monosyllabis ex Radice Pe Nun.

V. *Et quidem primi ordinis vnum tantùm est monosyllabum, nimirum* נֵרְדְּ Nardus, *quod in plurali facit* נְרָדִים, *cum Affixo* נִרְדִּי.

De Monosyllabis ex Radice Pe Iod.

VI. *Secundi ordinis duo solùm inueniuntur, nimirum* צֵאָה egestio, *à Verbo* יָצָא exire, *&* דֵּעַ scientia, *à* יָדַע scire, *quæ Punctum suum numquam mutant.*

De

De Monoſyllabis ex Radice duplicante ſecundam.

VII. *Tertij ordinis multa ſunt monoſyllaba, quæ quidem Puncta ſua non mutant donec monoſyllaba manent: ſi autem propter Affixa Pronomina aut aliam quamlibet cauſam fiant polyſyllaba, mutant longas vocales in breues, Camets in Patach, Tſere in Chiric, Cholem in Kibbuts; quia tunc accedente tertia litera incipit Daghes apparere, quod latebat in ſecunda, vt* עָז fortis, *in plurali facit* עַזִּים. עֵז capra, *in plurali* עִזִּים. עֹז fortitudo, *in plurali* עֻזִּים. *Sunt etiam quinque huius ordinis quæ irregulariter mutant Patach in Chiric, vt* סַף שַׂךְ צַד מַס פַּת. סִפִּים שִׂכִּים צִדִּים מִסִּים פִּתִּים, limen, laqueus, latus, tributum, buccella.

De Monoſyllabis ex Radice Aiin Vau.

VIII. *Quarti ordinis monoſyllaba ſunt etiam permulta, ſed quæ ferè Puncta vocalia non mutant. Sunt tamen hîc aliquot Exceptiones. Prima quarumdam vocum, quæ longas vocales in alias longas irregulariter mutant, nimirum* יוֹם dies, *&* רֹאשׁ caput, *&* עִיר ciuitas, *quæ faciunt in plurali* יָמִים *&* רָאשִׁים *&* עָרִים; *&* טוֹב bonum, *quod in regimine facit* טוּב. *Secunda eſt eorum Nominum, quæ habent Patach ſequẽte Iod mobili, vt* זַיִת oliua, יַיִן vinum, *quæ in regimine, cum Affixis, & in plurali mutant Patach in Tſere, & Iod mobile in Iod quieſcens: dicimus enim* זֵית oliua, זֵיתוֹ oliua eius, זֵיתִים oliuæ, זֵית הַשָּׂדֶה oliua campi, *ſimiliter* עַיִן חַיִל בַּיִת oculus,

exercitus, domus, *in regimine singulari faciunt* עֵין חֵיל בֵּית, *at in plurali paullò aliter: nimirum* עֵינֵים חֵילִים בָּתִּים. *Idem accidit quibusdam Nominibus, quæ Vau mobile vertunt in Vau quiescens: dicimus enim* מָוֶת mors, מוֹתָיו, mortes eorum. *Tertia exceptio est eorũ quæ Vau quiescens mutant in Vau mobile, nimirum* דּוּד שׁוֹק שׁוֹר, lebes, armus *vel* platea, bos, *quæ in plurali faciunt* דְּוָדִים, שְׁוָקִים, שְׁוָרִים.

De monosyllabis ex Radice Lamed He.

IX. *Quinti ordinis monosyllaba, quæ plurima sunt, si habeant Camets, illud sæpè mutant in regimine plurali in Scheua: aliàs autem nihil mutant; vt* יָד manus, *in regimine* יַד, *cum Affixo* יָדְךָ, *in plurali* יָדַיִם, *in regimine plurali* יְדֵי.

EXCEPTIONES.

Excipiuntur אָב pater, *&* אָח frater, *quæ in regimine & cũ Affixis recipiunt Iod, vt* אָבִיו pater eius, אָחִיךָ frater tuus. *Si autem habeant Tsere, non mutant suum Punctum, vt* עֵץ lignum, עֵצִים עֵצוֹ. *Excipiũtur* בֵּן filius, *&* שֵׁם nomen, *quæ in regimine singulari mutant Tsere in Segol; & cũ Affixis in Scheua; in plurali autem* בֵּן *sequitur regulam masculinorum,* שֵׁם *fœmininorum, hoc modo;* בֵּן, *in regimine* בֶּן, *cum Affixo* בְּנוֹ, *in plurali* בָּנִים. שֵׁם *in regimine* שֶׁם, *cum Affixo,* שְׁמוֹ, *in plurali* שֵׁמוֹת. *Sunt etiam duo, quæ habent Segol* פֶּה os, *&* שֶׂה agnus; *quorum prius vertit Segol in Chiric in regimine, & omnibus Affixis, ac numero plurali. dicimus enim* פֶּה, *in regimine* פִּי, *cum Affixo* פִּיךָ, *in plurali* פִּים. *Posterius autem*

autem vertit Segol in Tſere in regimine; *cum Affixis verò loco He, recipit Iod mobile, hoc modo*, שָׂה, *in regimine* שֵׂה; *cum Affixo* שֵׂיֵהוּ.

De Polysyllabis.

De Camets ſub penultima.

X. *Nunc de Polyſyllabis explicandum eſt. Camets igitur ſub penultima litera exiſtens mutatur ſemper in Scheua ſimplex, niſi litera ſupraſcripta ſit Gutturalis. tunc enim mutatur in Scheua compoſitum, quæcumq; accidat cauſa mutationis, vt* שָׁכֵן vicinus, שְׁכֵנִים vicini, שְׁכֵנוֹ vicinus eius, שְׁכֵנָה vicina.

XI. *Excipiuntur illa, quæ deriuantur à Radice duplicante ſecundã literam; ea ſiquidem non mutant vmquam ſuum Camets: dicimus enim* מָגֵן clypeus, *in regimine* מָגֵן, *cum Affixo* מָגִנִּי, *in plurali* מָגִנִּים.

XII. *Quædam etiam ex iis quæ deriuantur à Radice habente* ה, *in tertia, non mutant ſuum Camets, vt* שָׂדֶה ager: *quod in regimine quidem facit* שְׂדֵה, *in plurali verò, & cum Affixis abiicit* ה *Radicale, ſed punctum Camets non mutat: dicimus enim* שָׂדַי שָׂדְךָ שָׂדִים שָׂדוֹת.

De Camets ſub vltima.

XIII. *Camets ſub vltima mutatur in ſingulari in Patach ob regimen, & cum Affixis* כֶם *&* כֶן: *in plurali verò mutatur in Scheua ob regimen, & cum Affixis* כֶם, כֶן, הֶם *&* הֶן. *aliàs inuariatum permanet, vt* דָּבָר, verbum, *in regimine ſingul.* דְּבַר, *in plurali* דְּבָרִים, *in regim.* דִּבְרֵי, *cum Affixis, vide exempla ſuperiùs pag. 49.*

EXCEPTIONES.

Excipiuntur Nomina, quæ habent א *in fine; illa enim in regimine singulari non mutant Camets in Patach; sed manet Camets, & in eo quiescit litera* א, *vt* צָבָא, exercitus; *in regimine* צְבָא.

Excipiuntur etiam Nomina, quæ deriuantur ex radice duplicante secundam; illa enim in plurali, & Affixis, mutant Camets in Patach, vt Daghes in secunda litera infixum vim suam exercere pòssit, vt suprà dictum est cùm de monosyllabis ageremus.

De Tsere sub penultima.

XIIII. *Tsere in penultima numquam mutatur, nisi post se habeat Camets aut Segol, tunc autem mutatur in Scheua, vel Chiric, ne duo Scheuaim simul concurrant in principio, vt* שֵׁכָר sicera, *in regimine* שְׁכַר, *cum Affixo* שִׁכָרוֹ, *in plurali* שְׁכָרִים, *in regimine plurali* שִׁכְרֵי. *Excipiuntur illa, quæ post Tsere habent* י, *illa enim numquam mutant suum Tsere, vt* הֵיכָל הֵיכָלוֹ templum eius.

XV. *Notandum verò est Nomina quæ habent sub vna litera* ֵ, *sub altera* ֶ, *quæ dicuntur quinq; Punctorum, in regimine singulari nihil mutare.*

XVI. *Notandum etiam, Nomina quæ habent supra eiusmodi Punctum* ֶ, ח *aut* ע, *mutare suum* ֶ *non in* ְ, *sed in* ִ *quando sequuntur Affixa, vt ab* עֵשֶׂב herba, *fit* עִשְׂבּוֹ, *ab* עֵמֶק vallis, *fit* עִמְקוֹ. *Sæpè etiam vertitur in* ְ *compositum, vt* ֱ, *vel* ֲ: *nam in singulari cum omnibus Affixis, & in plurali in regimine & cum Affixis,* חֵמָה, חֵן, כֶּסֶם, כֶּנֶם, *mutatur*

tatur ◌ֵ *in* ◌ֱ, *& ne duo Scheuaim concurrant ex* ◌ֱ, *tollitur* ◌ְ, *& remanet purum* ◌ֶ; *in plurali autem status absoluti, & ceteris Affixis, vertitur* ◌ֵ *in* ◌ֲ, *exemplum* עֵגֶל vitulus, *cum Affixo in singulari* עֶגְלוֹ, *cum Affixo in plurali* עֶגְלָיו.

De Tsere sub vltima.

XVII. *Tsere sub vltima, si in penultima fuerit* ◌ָ, *mutatur in Patach vel in Scheua, vel non mutatur ad eum modum prorsus quo Camets sub vltima; sunt enim omnino similia Nomina, quæ habent duplex Camets, vt* דָּבָר, *& quæ habent Camets & Tsere, vt* שָׁכֵן vicinus. *At verò si ante* ◌ֵ *non sit* ◌ָ, *ipsum* ◌ֵ *in regimine singulari manet immotum, aliàs autem semper in* ◌ְ *permutatur, quæcumque accidat mutationis causa. Exemplum* כּוֹרֵם vinitor, *in regimine* כּוֹרֵם, *cum Affixo* כּוֹרְמוֹ, *in plurali* כּוֹרְמִים, *& sic de aliis.*

XVIII. *Sunt autem duæ Exceptiones obseruandæ. Prima, si accidat propter mutationem huius* ◌ֵ *in* ◌ְ, *vt duo Scheuaim in medio dictionis videantur legenda, tunc* ◌ְ *ex hoc* ◌ֵ *descendens vertetur in Segol, vt* כּוֹרֶמְכֶם *&* כּוֹרֶמְכֶן *dicemus, pro* כּוֹרְמְכֶם *&* כּוֹרְמְכֶן. *Secunda, in iis Nominibus, quæ deriuantur à Radice duplicante secundam,* ◌ֵ *sub vltima non mutatur in* ◌ְ, *sed in* ◌ִ, *vt* מָגֵן clypeus, *in regimine* מָגֵן, *cum Affixo* מָגִנּוֹ, *in plurali* מָגִנִּים.

De Segol sub penultima.

XIX. *Segol sub penultima, quando sequitur alterũ Segol, in regimine singulari nihil mutat: aliàs au-*

tem, quacumque accidat mutationis causa, vertitur in Scheua; & ne duo Scheuaim initio concurrant, primum vertitur in Chiric, aut in Patach, vt בֶּגֶד vestis, *in regimine*, בֶּגֶד, *cum Affixo* בִּגְדוֹ, *in plurali* בְּגָדִים: *item* מֶלֶךְ rex, *in regimine* מֶלֶךְ, *cum Affixo* מַלְכּוֹ, *in plurali* מְלָכִים.

De Segol sub vltima.

XX. *Segol sub vltima extra regimen singulare, vbi manet, ferè mutatur in Scheua, praterquam in plurali tam status absoluti, quàm cum Affixis aliis à* כֶם, כֶן, הֶם, הֶן, *quibus in locis mutatur in Camets. Exemplum, vt* מֶלֶךְ *cum Affixo* מַלְכִּי מַלְכּוֹ, *&c. in plurali* מְלָכִים, *cum Affixis* מַלְכֵיכֶם, מְלָכָיו. *Excipiuntur dualia, quæ vbique mutant vltimum* ֶ *in* ְ, *vt* אֹזֶן auris, אָזְנַיִם אָזְנָיו.

XXI. *Est autem hoc loco obseruandum, si alicuius Nominis tertia litera sit* ח *aut* ע, *tunc loco vltimi* ֶ *substitui* ַ, *quòd si media litera sit* ח *aut* ע, *tunc pro vtroq;* ֶ *duplex* ַ ַ *constituetur; quæ puncta* ַ ַ *cùm locum obtineant* ֶ, *eodẽ modo mutabuntur, quo ipsum* ֶ *mutari solet. Exempla sunt* פֶּסַח Pascha, *non* פֶּסֶח. זֶרַע semen, *non* זֶרֶע. נַחַל torrens, *non* נַחֶל. בַּעַל dominus, *nõ* בֶּעֶל. *fallit tamen in duobus; dicimus enim* רֶחֶם matrix, & לֶחֶם panis.

De Cholem sub penultima.

XXII. *Cholem sub penultima non mutatur vmquam, nisi post se habeat Segol aut Patach, vt* חֹדֶשׁ, תֹּאַר, forma, mensis: *aut certè Chiric sequente Iod in quiescentibus Lamed He, vt* חֹלִי infirmitas, *tunc*

autem

autem mutatur ſemper in ְ*, quacumque accidat cauſa mutationis, excepto regimine ſingulari, vbi nulla fit mutatio. Exemplum* חָרָשׁ*: in regimine* חָרַשׁ*: cum Affixo* חָרָשׁוֹ*: in plurali* חָרָשִׁים*: in regimine* חָרָשֵׁי*: cum Affixo* חָרָשָׁיו.

XXIII. *Eſt autem obſeruandum, quòd ſi media litera ſit Gutturalis, tunc ſub prima ponitur Camets, ſub ſecunda* ֲ*, vt* אֹהֶל tabernaculum, *cum Affixo* אָהֳלוֹ*: praterquam in plurali abſoluto, & Affixis ei cognatis, id eſt aliis, prater* כֶם, כֶן, הֶם, הֶן *tunc enim prima litera eſt cum Cholem, vel cum Chatephcamets, ſecunda cum Camets.*

De Cholem ſub vltima.

XXIV. *Cholem ſub vltima ſemper manet immobile, vt* גָּדוֹל magnus, *in regimine* גְּדוֹל, *cum Affixo* גְּדוֹלוֹ*: in plurali* גְּדוֹלִים*: & de cateris ad eumdem modum.*

PARS

PARS TERTIA. QVÆ EST DE VERBO.

CAP. I.

De Verbo in genere.

Verbo quæ accidunt.

VERBO in vniuersum accidunt sex: Modus, Tempus, Persona, Genus, Numerus, Coniugatio.

De Modis & Temporibus Verborum.

Modi Verborum sunt duo. Tempora tria.

II. Modos Hebræi habent duos, Imperatiuum, & Infinitiuum; Temporatria, Præteritum, Præsens, & Futurum. Quæ omnia hunc habẽt ordinem. Primo loco statuunt עָבָר, id est Præteritum, tũ quòd ordine naturę præcedat reliqua Tempora, tum quòd in eo contineatur thema siue Radix ipsa vnde formantur ceteræ omnes voces reliquorum Temporũ. Porrò hoc vnum Pręteritum pro loci exigentia explicandum est ita, vt nunc Perfectum, nunc Imperfectum, nunc Plusquam Perfectum tempus designet; & nunc ad modũ Indicatiuum, nunc ad Optatiuum, nunc ad Coniunctiuum referatur. Secundo loco בֵּנוֹנִי, id est, Intermedium,

Præteritum tempus variis modis explicatur.

Benoni.

medium, quod nos vocamus Participium actiuum siue Præsens. Vocatur autem Intermedium, quia vtimur eo ad significandum Præsens tempus, quod est medium inter Præteritum & Futurum. Et tunc solent præponere Pronomen, vt אֲנִי פּוֹקֵד *ego visito*. Tertio loco ponunt Participium passiuum, siue Præteritum, quod ipsi vocant פָּעוּל, quæ vox desumpta est ab antiquo Paradigmate, vt si nos Participium Passiuum vocaremus, *Amatus*. Quarto loco ponunt Infinitiuum, quem מָקוֹר appellant, id est, fontem, quòd videlicet modus significandi ab eo fluat, & in diuersa discriminetur tempora. Ex Infinitiuo Gerundium formant, auxilio harum quatuor literarum בכלם, vt infrà demonstrabimus. Quinto loco ponunt Imperatiuum, quem dicunt צִוּוּי, qui solùm secundam personam comprehendit. Postremò addunt Futurum, quod nominant עָתִיד, id est, *paratum*, quod significat rem futuram iam esse paratam, vt fiat.

Benoni cur vocetur Intermedium.

Participium passiuum.

Infinitiuus modus cur vocetur fons.

Gerundium.

Imperatiuus modus.

Futurum tempus.

III. Porrò hoc etiam Tempus modò per Indicatiuum, modò per Optatiuum, modò per Subiunctiuum pro loci exigentia

vertendum erit. Eſt autem huius Temporis vſus frequentiſſimus; ſæpè enim accipitur pro Præterito perfecto, ac potiſſimùm apud Prophetas, interdum pro Imperfecto, vt Num. 10. עַל פִּי יְהוָה יַחֲנוּ, *iuxta præceptum Domini caſtrametabantur.* Interdum etiam pro Præſenti, vel pro Potentiali quod Græci & Latini appellant; quando videlicet continuatio quædam actionis indicatur, vt Eccl. 1. *Quid habet homo ampliùs in omni labore ſuo*, שֶׁיַּעֲמוֹל, *quo laborat ſub ſole*, vel *δυνητικῶς, laborare ſolet.* Denique etiam non rarò vſurpatur pro Imperatiuo, vt Geneſis 1. יְהִי אוֹר, *ſit lux:* quia caret tertia perſona Imperatiuus apud Hebræos.

De Perſonis.

Perſonæ tres. *Hebræi cur à tertia perſona incipiant.*

IV. Perſonæ ſunt tres, Prima, Secunda, Tertia. Incipiunt autem Hebræi à Tertia, & ab ea per Secundam veniunt ad Primam, propterea quòd ſemper Verbum in Tertia perſona ſimplicius eſt, & inde per additionem formantur ceteræ voces.

De Genere.

Genus in Verbis eſt triplex.

V. Genus triplex eſt in Verbis, vt in Nominibus, Maſculinum, Fæmininum, Commu-

Commune; & sæpissimè ex Verbo cognoscitur cuius generis sit Nomen, quod cum eo coniungitur.

De Numero.

VI. Numeri in Verbis non sunt nisi duo, Singularis, & Pluralis. Duali Numero Verba carent. *Numeri duo.*

De Coniugatione.

VII. Coniugatio propriè non est nisi vna; omnia enim Verba eodem modo inflectuntur. quia tamen hæc vna Coniugatio, quod ad significationem spectat & primas voces, octo modis variatur, eosque Modos, Coniugationes alij vocant, loquemur & nos cum multis; & octo esse Coniugationes admittemus. *Coniugatio vna propriè.* *Coniugationes octo.*

VIII. Prima dicitur פָּעַל ab antiquo paradigmate, quomodo si Latini primam Coniugationem vocarent, Amo; & Greci, τύπτω. Hinc etiam Hebræi ex tribus literis thematis primam vocant פ Pe, secundam ע Aiin, tertiam ל Lamed. Distingitur hæc prima Coniugatio ab aliis, quòd hæc nihil habet præter literas thematis, nec vlla litera, aut Puncto addititio grauatur, vt ceteræ ombes. quocircà dicitur בִּנְיָן קַל, id est, Coniu- *Coniugatio prima.* *Qua in re prima ab aliis distinguatur.*

gatio

Quenam Verba contineat. gatio lenis. Continet Verba partim absoluta, partim transitiua; item partim actiua, partim neutra.

2. Coniugatio. IX. Secunda dicitur נִפְעַל ab eodem antiquo Paradigmate. si enim ad פעל addas נ, fiet per aliquam Punctorum mutationem נִפְעַל. *Qua in re ab aliis differat.* Differt hæc à cæteris, quòd semper Nun in capite gerit, vel loco eius habet Dages infixum in prima litera thematis. Continet Verba passiua; ea enim quæ actiua erant in prima Coniugatione, passiua sunt in secunda. *Qua Verba complectatur.* Complectitur quoque aliqua actiua, quæ sunt similia deponentibus apud Latinos, vt נִשְׁבַּע, *iurauit*. Est enim generalis regula, vt ea Verba, quæ in Kal non sunt in vsu, cuiuscumque alterius Coniugationis sint, exponantur iuxta significationem Verborum Kal. *Regula generalis notanda.*

3. Coniugatio. Eius à reliquis differentia. X. Tertia dicitur פִּעֵל ab eodem Paradigmate. Differt à cæteris, quòd habet semper Daghes forte in secunda thematis, si eius sit capax, vt לִמֵּד; si verò non sit eius capax, ponitur sub prima thematis vocalis longa, vt מֵאֵן, *renuit*. *Qua Verba contineat.* Continet Verba actiua in triplici significatione. quæ enim in Kal

erant

erant Neutra, hîc sunt Actiua, vt שָׁכַן *stetit*, שִׁכֵּן *constituit*; & quæ in Kal erant Actiua, hîc sunt Actiua, sed magis intensa significatione, vt שָׁבַר *fregit*, שִׁבֵּר *confregit*. & interdum quæ in Kal vnum significabant, hîc significant eius contrarium, vt שָׁרַשׁ *radicauit*, שֵׁרֵשׁ *eradicauit*.

XI. Quarta dicitur פֻּעַל, differt à cæteris, quòd habet ferè Kibbuts sub prima thematis. Continet Verba passiua respondentia actiuis Coniugationis superioris. *4. Coniugatio. Signum ipsius, & quæ Verba contineat.*

XII. Quinta dicitur פּוֹעֵל, differt à cæteris, quòd semper habeat Vau Quiescens post primam thematis; vnde dici solet Quadrata Coniugatio, propter quatuor literas quibus constat; quamquam propriè illud Vau non literæ, sed Puncti siue motionis munere fungitur. Continet Verba Communia, id est, quæ modò actiuam, modò passiuam habent significationem, vt apud Latinos *osculor* & *amplector*. *5. Coniugatio. Ipsius signum. Quæ Verba contineat.*

XIII. Sexta dicitur הִפְעִיל, differt à cæteris, quòd habet Iod ante vltimam thematis, & He in principio. Continet Verba transitiua: quæ enim in Kal absoluta erant, hîc *6. Coniugatio. Ipsius signum. Quæ Verba contineat.*

 sunt

ſunt tranſitiua, & quæ in Kal tranſitiua erant, hîc duas actiones ſignificant.

7. Coniugatio. Eius ſignũ. Quæ Verba contineat.

XIV. Septima dicitur הָפְעַל, differt à cæteris, quòd initiò habet ה cum Camets chatuph. Continet Paſſiua reſpondentia actiuis ſuperioris Coniugationis.

8. Coniugatio. Eius ſignũ. Quæ Verba contineat.

XV. Octaua dicitur הִתְפַּעֵל הִתְפָּעֵל vel הִתְפּוֹעֵל. differt à cæteris, quòd initiò habet particulam הִתְ præfixam themati. Continet Actiua & Paſſiua ſimul, id eſt, ea quæ ſignificant Actionem eiuſdem in ſeipſum, & idcircò nulla eſt Paſſiua Coniugatio huic reſpondens.

Heliæ Leuitæ opinio, quæ poſteà refellitur.

XVI. R. Helias Leuita Germanus, quem plerique recentiorũ ſequuntur, vnam atq; eamdem eſſe vult Coniugationem פּוֹעֵל, & פִּעֵל; cuius rei eam adfert rationem, quòd non inueniatur Coniugatio Poel niſi in Verbis quæ habent Vau quieſcens in medio; quæ Verba cùm non poſſint Daghes impreſſum habere in ſecunda thematis, & proinde non poſſint habere Piel more aliorũ Verborũ, duplicant tertiam thematis, & loco Piel faciunt Poel; vt in Verbo בּוּן, quia non poſſumus dicere בִּיֵּן, dicimus בּוֹנֵן.

XVII.

XVII. Contrarium docent, ac vt nobis quidem videtur, probabilius, Rab. Dauid Kimchi, aliique veteres Grammatici, quos Sanctes Pagninus in suis Institutionibus sequitur. Nam falsum est in primis, non inueniri Poel, nisi in Verbis Quiescentibus Aiin: siquidē in Scripturis legimus שׁוֹפֵט, Iudic.4. ver.4. לוֹשְׁנִי Psal.101. ver.5. שֹׁרֵשׁ Isaiæ 40.ver.24. Deinde non fuit necesse propter Verba Quiescētia Aiin, mutare ipsum Piel: nam quemadmodum Verba Defectiua, quia non possunt simul esse Defectiua, & habere Coniugationē Piel, desinunt in Piel esse Defectiua, vt infrà patebit; ita etiam Quiescentia, si nō poterant esse Quiescentia, & simul habere Piel, poterant in Piel desinere esse Quiescentia: imò re ipsa quædam eiusmodi Verba habent verum Piel, vt דִּיֵּר *manere fecit*, à Verbo דוּר, id est, *habitauit*, אִוָּה *desiderauit*, קִיֵּם *confirmauit*, à קוּם, *surrexit*, טִיֵּב *benè fecit*, à טוֹב *bonus fuit*: Quòd ergo Quiescentia Aiin plerumque non habeant Piel, non ideò accidit quòd nullo modo possent habere; sed quòd visum sit commodius, vt haberent Poel omisso Piel,

Helia Leuitæ error.

quemadmodum multa alia Verba non habent Kal, ſed Niphal in ſignificatione ipſius Kal. Prætereà, quæcumque fuerit occaſio excogitandi Coniugationem Poel, cùm diſtinguatur Poel voce & ſignificatione ab aliis omnibus Coniugationibus, vt notum eſt; cur, quæſo, non erit noua Coniugatio? Accedit poſtremò, quòd Coniugatio Poel non parùm facit ad perfectum numerum ſignificationum. Nam omne Verbum aut ſignificat actionem, aut paſſionem, aut neutrum, aut vtrumque; vnde exiſtunt Verba Actiua, Paſſiua, Neutra, Communia. Prætereà Actiua, aut ſignificant actionem eiuſdem in ſeipſum, aut alterius in alterum: & ſi alterius in alterum, aut per ſe, aut per alium. Iam igitur ſi velis apud Hebræos Verbum, quod ſignificet actionē eiuſdem in ſe, habes in Coniugatione Hithpael, cui propterea non reſpondet Paſſiua Coniugatio, quia in actione immanente idem eſt Agens & Patiens: ſi velis Verbum, quod ſignificet actionem alterius in alterum immediatè, habes in Coniugatione Piel, cui reſpondet Paſſiua Coniu-

Vtilitas Coniugationis Poel.

Coniugatio Pual: ſi velis Verbum, quod ſignificet Actionem alterius in alterum mediatè, id eſt, per alium, habes in Coniugatione Hiphil, cui reſpondet Paſſiua Coniugatio Hophal: ſi velis Verbum Neutrum, habes in Kal; & quia quædam in Kal interdum ſunt Actiua, reſpondet ei Coniugatio Paſſiua Niphal: ſi denique velis Verbum Commune, habes Poel. Nunc ad faciliorem prædictorum intelligentiam Tabulam omnium Coniugationum ſubiiciemus.

Exemplum omnium Coniugationum,

	8 הִתְפָּעֵל	7 הָפְעַל	6 הִפְעִיל	5 פּוֹעַל
	הִתְפַּקֵּד *visitavit se-ipsum.*	הָפְקַד *præfectus est ad visitandum.*	הִפְקִיד *præfecit ad visitandum.*	פּוֹקֵד *visitavit, vel visitatus est.*
	מִתְפַּקֵּד *visitans se-ipsum.*	הָפְקָד *præfectus ad visitandum.*	מַפְקִיד *præficiens ad visitandum.*	מְפוֹקֵד *visi[illegible]s, vel visitatus,*
	caret.	*caret.*	מֻפְקָד *præfectus ad visitandum.*	מְפוֹקֵד *visitans, vel qui visitavit.*
	הִתְפַּקֵּד *visitare se ipsum.*	הָפְקֵד *præfici ad visitandum.*	הַפְקִיד *præficere ad visitandum.*	פּוֹקֵד *visitare, vel visitari.*
	הִתְפַּקֵּד *visita te-ipsum.*	*caret.*	הַפְקֵיד *præfice ad visitandum.*	פּוֹקֵד *visita, vel visitare.*
	אֶתְפַּקֵּד *visitabo meipsum.*	אָפְקַד *præficiar ad visitãdum.*	אַפְקִיד *præficiã ad visitationẽ.*	אֲפוֹקֵד *visitabo, vel visitabor.*

4 פֻּעַל	3 פִּעֵל	2 נִפְעַל	1 קַל	
פֻּקַּד *diligenter visitatus est.*	פִּקֵּד *diligenter visitavit,*	נִפְקַד *visitatus est.*	פָּקַד *visitavit.*	עָבָר *Præteritum.*
פֻּקָּד *diligenter visitatus.*	מְפַקֵּד *diligenter visitans.*	נִפְקָד *visitatus.*	פּוֹקֵד *visitans.*	בֵּינוֹנִי *Participiũ præsens seu activum.*
caret.	מְפֻקָּד *diligenter visitatus.*	*caret.*	פָּקוּד *visitatus.*	פָּעוּל *Participiũ præteritum seu passivũ.*
פֻּקּוֹד *diligenter visitari.*	פַּקֵּד *diligenter visitare.*	הִפָּקֵד *visitari.*	פְּקוֹד *visitare.*	מָקוֹר *Infinitivus.*
caret.	פַּקֵּד *diligenter visita.*	הִפָּקֵד *visitare.*	פְּקוֹד *visita.*	צִוּוּי *Imperativus.*
אֲפֻקַּד *diligenter visitabor.*	אֲפַקֵּד *diligenter visitabo.*	אֶפָּקֵד *visitabor.*	אֶפְקוֹד *visitabo.*	עָתִיד *Futurum.*

CAP. II.

De Verbo Perfecto.

EXPLICAVIMVS de Verbo in genere, nunc de singulis Verborum formis explicandum est. Sunt igitur Verborum Hebraicorum alia Perfecta, & alia Imperfecta. Perfecta dicuntur, quæ solùm tres literas habent in themate, & ex iis nulla excidit inter coniugandum. Imperfecta dicuntur, quæ vel constant pluribus quàm tribus literis, aut ex tribus inter coniugandum aliquam amittunt. Incipiamus à Perfectis.

Perfecta Verba quænam sint. *Verba Imperfecta.*

Paradigma Verbi Perfecti in prima Coniugatione Kal.

Didicisti f. g.	*Didicerunt c. g.*	Præteritum
לָמַדְתְּ	לָמְדוּ	עָבַר
Didicistis f. g.	*Didicistis m. g.*	*Didicit m. g.*
לְמַדְתֶּן	לְמַדְתֶּם	לָמַד
	Didicimus c. g	*Didicisti m. g.*
	לָמַדְנוּ	לָמַדְתָּ
	Didicit f. g.	*Didici c. g.*
	לָמְדָה	לָמַדְתִּי

Particip.

Futurum.	Infinitiuus מָקוֹר.	Particip. actiu. בֵּינוֹנִי
עָתִיד	*Discere*	*Discens m.g.*
	לְמוֹד vel לְמֹד.	לוֹמֵד
Discam c.g.	*in discendo*	*Discentes m.g.*
אֶלְמוֹד	בִּלְמוֹד	לוֹמְדִים
Discet m.g.	*cùm disceres*	*Discens f.g.*
יִלְמוֹד	כִּלְמוֹד	לוֹמֶדֶת vel לוֹמְדָה
Disces m.g.	*ad discendum*	
תִּלְמוֹד	לִלְמוֹד	*Discentes f.g.*
Discemus c.g.	*à discendo*	לוֹמְדוֹת׃
נִלְמוֹד	מִלְמוֹד	Participium passiuum
Discent m.g.	Imperatiuus	
יִלְמְדוּ	צִוּוּי	פָּעוּל
Discetis m.g.	*Disce m.g.*	*Doctus m.g.*
תִּלְמְדוּ	לְמוֹד	לָמוּד
Discet f.g.	*Discite m.g.*	*Docti m.g.*
תִּלְמוֹד	לִמְדוּ	לְמוּדִים
Disces f.g.	*Disce f.g.*	*Docta f.g.*
תִּלְמְדִי	לִמְדִי	לְמוּדָה
Discet, & Discetis f.g.	*Discite f.g.*	*Doctæ f.g.*
תִּלְמוֹדְנָה	לְמוֹדְנָה	לְמוּדוֹת׃

1. Circa Præteritum obſerua primò, tertiam Perſonam Præteriti, quæ eſt ipſum thema, vnde cetera omnia deriuantur, in hac Coniugatione ferè habere ſub prima litera ָ, ſub ſecunda ַ, vt לָמַד; tamen interdum etiam habere ſub ſecunda ֵ, vel ֹ, vt *Tertia perſona Præteriti tres habet terminationes.*

זָקֵן *ſenuit*, יָכוֹל *potuit*: & quidem quæ habent ‥ inflecti ſicut illa quæ habent ˉ, vt זָקֵן זָקְנָה זָקַנְתִּי: at מָלֵא retinet Tſere etiam in ſecunda & tertia perſona; verùm eſt ex Verbis Quieſcentibus, de quibus ſuo loco. Quæ autem habent Cholem, in toto Præterito ſeruare ſuum Cholem, præterquam in tertia perſona ſing. fæm. gen. quæ facit יָכְלָה, & in tertia pluralis num. quæ facit יָכְלוּ.

Prima Perſona eſt communis generis.

II. Obſerua ſecundò, Primam perſonam in omni Tempore & Modo ſemper eſſe communis generis. atque idem dicendum de tertia perſona plurali Præteriti.

Formatio Perſonarum Præteriti.

III. Obſerua tertiò, à tertia perſona ſing. num. maſ. gen. formari tertiam perſonam ſing. num. fæm. gen. vna additione literæ ה, quæ eſt nota gen. fæm. tertiam quoq; plur. com. gen. ab eadem formari poſſe addito ו. reliquas autem perſonas vtriuſque generis & numeri, formari ab eadem per additionem Pronominum Affixorum, vt in paradigmate apparet: quamquam hoc loco non habent Pronominum ſignificationem, ſed ſolùm notæ ſunt Perſonarum, Generum, & Numerorum.

IV. Circa

IV. Circa Participium nota primò, Participia non coniugari, sed declinari more Nominum, & idcircò carere Personis. *Participia declinantur.* Secundò nota, interdum, sed raro, in Participio masc. gen. loco ֵ esse Chiric longum; *Chiric longum & Tsere inter se mutabilia.* sunt enim duo illa Puncta inter se mutabilia, vt הוֹמִיךְ *sustentans*, pro חוֹמֵךְ. Nota tertiò, in iis Verbis quæ in Præterito habent Camets & ֵ, Participium & Præteritum voce non distingui. dicimus enim, מָלֵא *impleuit*, & מָלֵא *plenus*.

V. Circa Infinitiuum primò nota, ex literis illis quatuor בכלם, quæ formant Gerundia, *Literæ quæ formant Gerundia.* primas tres debere sub se habere ְ, hîc tamen habere ִ, ne duo Scheuaim initio concurrant; literam autem ם habere ִ sequente Daghes, quia non est sola litera ם quæ format Gerundium, sed integra Præpositio מִן, ex qua propter euphoniam abiicitur litera נ, & loco eius ponitur Daghes in sequenti; & si ea fuerit Gutturalis aut ר, mutatur Punctum breue in longum, id est, ִ in ֵ, vt מֵעֲבוֹר *à transeundo*, מֵרְאוֹת *à videndo*.

VI. Secundò nota, quando prima thematis est Gutturalis, & proinde in Infinitiuò

tiuo non habet ְ ſimplex, ſed ֲ, vel ֳ, tunc literas בכל quæ formant Gerundium,& literas איתן quæ formant Futurum, non poſſe habere ſub ſe ְ vel ִ, ſed ַ aut ָ, id eſt, Punctum affine ei quod eſt ſub prima thematis: itaque dicemus in Infinitiuo בַּעֲבוֹר *in tranſeundo*, pro בְּעֲבוֹר; בֶּאֱמֹר *in dicendo*, pro בְּאֱמֹר; & in Futuro יַעֲבוֹר *tranſibit*, pro יְעֲבוֹר: & licet interdum prima thematis Gutturalis exiſtens habeat Scheua ſimplex, tamen literæ בכל, & literæ איתן retinent ſuum ַ aut ָ, vt לַחְרֹם *ad calefaciendum*, & יַחְסְרוּ *deficient*, אֶחְפֹּץ *volet*.

VII. Tertiò nota, literam Lamed, cùm additur ad Infinitiuum, plerumque quidem ſub ſe recipere Scheua; at ſi Infinitiuus ſit monoſyllabus, aut habeat accentum in penultima, requirere Camets, vt לָגוּר *ad peregrinandum*, לָשֶׁבֶת *ad habitandum*. Excipitur Infinitiuus, qui more Nominis regit aliquando genitiuum: is enim retinet Scheua, vt לְשֶׁבֶת אַבְרָם *ad habitandum Abram*. Excipitur etiam vox illa לֵאמֹר *dicendo*, vbi duplex ָ mutatur in ֵ propter frequentiſſimum vſum eius dictionis; dicimus enim לֵאמֹר, pro לֶאֱמוֹר.

VIII.

VIII. Circa Imperatiuum nota primò, Imperatiuum ferè terminari in Cholem, nec distingui voce ab Infinitiuo, tamen interdum etiam terminari in Patach, nimirum quando Verbum est Neutrum, aut habet in secunda thematis literam Gutturalem, aut in tertia thematis ח, vel ע. Exempla שְׁכַב *iace*, גְּאַל *redime*, פְּתַח *aperi*, שְׁמַע *audi*. Idem dicendum est de Futuro, quod semper sequitur terminationem Imperatiui. Sunt quæ vtroque modo efferuntur, præsertim in Futuro, vt יִשְׁבּוֹת & יִשְׁבַּת *cessabit*. Nota secundò, in Imperatiuo generis fæminini, numeri pluralis, interdum excidere vltimum ה, vt שְׁמַעַן *audite*, pro שְׁמַעְנָה; & remanere tamen aliquando sub Nun finali Punctum Camets, vt קְרֶאןָ, pro קְרֶאנָה *vocate*, Ruth 1. interdum quoque excidere etiam Camets. Nota tertiò, quando secunda thematis est Gutturalis, tunc sub ipsa poni ֲ pro simplici Scheua, & sub prima thematis poni Patach pro altero Scheua, vt צַעֲקוּ *clamate*.

IX. Circa Futurum nota, formari Futurum ab Imperatiuo additis quatuor literis,

videlicet אֵיתָן, quarum א eſt ſignum primæ perſonæ, communis generis, num. ſingul. י eſt ſignum tertiæ perſonæ, generis maſculini, vtriuſque numeri. ת eſt ſignum ſecundæ perſonæ, generis maſculini, vtriuſque numeri, & omnium perſonarum generis fœminini. נ eſt ſignum primæ perſonæ, communis generis, numeri pluralis.

Coniugatio ſecunda Niphal.

		Præteritum
הִלָּמְדִי	vel נִלְמָדָה	נִלְמַד
הִלָּמַדְנָה׃	נִלְמֶדֶת	נִלְמַדְתָּ
Futurum	נִלְמָדוֹת׃	נִלְמַדְתִּי
אֶלָּמֵד	Infinitiuus	נִלְמְדוּ
יִלָּמֵד	הִלָּמֵד	נִלְמַדְתֶּם
תִּלָּמֵד	בְּהִלָּמֵד	נִלְמַדְנוּ
נִלָּמֵד	כְּהִלָּמֵד	נִלְמְדָה
יִלָּמְדוּ	לְהִלָּמֵד	נִלְמַדְתְּ
תִּלָּמְדוּ	מֵהִלָּמֵד׃	נִלְמַדְתֶּן׃
תִּלָּמֵד	Imperatiuus	Benoni
תִּלָּמְדִי	הִלָּמֵד	נִלְמָד
תִּלָּמַדְנָה׃	הִלָּמְדוּ	נִלְמָדִים

1. Circa Præteritum nota primò, non differre hanc Coniugationem à prima, niſi quòd hîc addatur נ, & prima thematis, quę habe-

habebat Camets, hîc ſẽper habeat Scheua.

Nota ſecundò, ſi prima thematis ſit Gutturalis, Punctum ipſius נ non fore Chiric, ſed ַ vel ֶ, vt ſit affine Puncto literæ Gutturalis, quod non eſt Scheua ſimplex, ſed compoſitum, vt נֶעֱכַּר, & per Scheua ſimplex נֶעְכַּר *turbatus eſt*, non נִעְכַּר; נַעֲרָץ *timendus eſt*, non נִעְרָץ.

In Coniugationibus Paſſiuis deſideratur Participium præteritum.

II. Circa Participium nota primò, in omnibus Paſſiuis Coniugationibus, id eſt, Niphal, Pual, Hophal, Hithpael, deſiderari Participium præteritum, ſiue Paſſiuum.

Secundò nota, in Niphal, Pual, Hophal, Participium Præſens idem eſſe ac Præteritum, niſi quòd in Præterito vltimum Punctum eſt Patach, in Participio Camets.

III. Circa Infinitiuum, Imperatiuum, ac Futurum nota primò, hæc omnia carere litera נ, & ideò loco eius infigi Daghes in prima thematis; atque vt id ſentiri poſſit, addi ad Infinitiuum & Imperatiuum literam ה, quod non fuit neceſſe in Futuro, cùm idem præſtare poſſint literæ אית״ן.

Nota ſecundò, ſi prima thematis ſit Gutturalis, aut ר, quæ non recipiunt Daghes,

mutari

mutari Punctum breue literæ præcedentis in longum, id eſt, Chiric, vel ֵ in ֵ, vt pro הָעֲבֵר dicimus הֶעֱבַר, & pro אֶעֱבֹר, אַעֲבֵר.

Nota tertiò, in Infinitiuo cum literis בכלם interdum omitti illud ה addititium, licet non ſemper, vt בַּעֲטֹף *cùm deficeret*, Thren. 2. legimus pro בְּהֵעָטֵף. Reperitur etiam, licet rariſſimè, א pro ה. necnon ipſum נ ſeruatum in Infinitiuo & Imperatiuo. Item Chiric ſub א in Futuro loco Segol.

Nota quartò, in Infinitiuo, Imperatiuo, & Futuro, vltimum Punctum ferè eſſe Tſere, ſed illud mutari interdum in ֶ, quando videlicet accentus retrahitur ad penultimam, vt הִשָּׁמֶר *cuſtodiri:* interdum in Patach, quando ſcilicet vltima litera eſt ח, vel ע, quod fit gratia breuitatis, vt הִשָּׁמַע, *audiri*, pro הִשָּׁמֵעַ.

Coniugatio tertia Piel.

		Præteritum
לִמַּדְתֶּן׃	לִמַּדְתֶּם	לִמֵּד
Benoni	לִמַּדְנוּ	לִמַּדְתָּ
מְלַמֵּד	לִמְּדָה	לִמַּדְתִּי
מְלַמְּדִים	לִמַּדְתְּ	לִמְּדוּ
מְלַמְּדָה		

יְלַמֵּד	בְּלַמֵּד	מְלַמְּדָה vel
תְּלַמֵּד	כְּלַמֵּד	מְלַמֶּדֶת
נְלַמֵּד	לְלַמֵּד	מְלַמְּדוֹת
יְלַמְּדוּ	מִלַּמֵּד	Paul
תְּלַמְּדוּ	Imperatiuus	מְלֻמָּד
תְּלַמֵּד	לַמֵּד	מְלֻמָּדִים
תְּלַמְּדִי	לַמְּדוּ	מְלֻמָּדָה vel
תְּלַמֵּדְנָה׃	לַמְּדִי	מְלֻמֶּדֶת
	לַמֵּדְנָה׃	מְלֻמָּדוֹת
	Futurum	Infinitiuus
	אֲלַמֵּד	לַמֵּד

I. Circa Præteritum nota, aliquando ſecundam thematis inueniri cum Patach, vt בֵּרַךְ *benedixit*, quod idem accidit Imperatiuo, vt פַּלַּג *diuide*, pro פַּלֵּג.

II. Circa Participium nota, addi ad Participium huius Coniugationis, atque adeò Coniugationis Hiphil & Hithpael literam מ: & quod Punctum habet eiuſmodi litera, idem quoque habere literas איתן in his tribus Coniugationibus.

III. Circa totam Coniugationem nota, ſi ſecũda thematis ſit gutturalis, aut ר, mutari ſub prima thematis Punctum breue in longum, ִ in ֵ, ַ in ָ, ֻ in וֹ, vt בֵּרֵךְ *benedixit*,

dixit , בֵּרֵךְ מְבָרֵךְ *benedicens* , מְבוֹרָךְ *benedictus*, בָּרֵךְ *benedicere*, & *benedic*, אֲבָרֵךְ *benedicam*. Sunt hîc tamen exceptiones: nam & quædam Verba reperiuntur, vbi ſecunda thematis non eſt capax Daghes, & nihilominùs perſeuerat ſub prima thematis Punctum breue, vt נִחַם *conſolatus eſt*: & quædam alia, vbi ſecunda thematis eſt capax Daghes, & tamen illud non habet, vt מִלְאוּ *impleuerunt*.

Coniugatio quarta Pual.

		Præteritum
יְלֻמַּד	Benoni	לֻמַּד
תְּלֻמַּד	לֻמָּד	לֻמַּדְתָּ
נְלֻמַּד	לֻמָּדִים	לֻמַּדְתִּי
יְלֻמְּדוּ	לֻמָּדָה	לֻמְּדוּ
תְּלֻמְּדוּ	לֻמָּדוֹת :	לֻמַּדְתֶּם
תְּלֻמַּד	Infinitiuus	לֻמַּדְנוּ
תְּלֻמְּדִי	לֻמּוֹד :	לֻמְּדָה
תְּלֻמַּדְנָה :	Futurum	לֻמַּדְתְּ
	אֲלֻמַּד	לֻמַּדְתֶּן :

1. Hæc Coniugatio non eſt vſque adeò in vſu, & caret Participio paſſiuo, Imperatiuo, & Gerundiis. Sunt hîc etiam aliquæ exceptiones: nam interdum ſub prima thematis

matis inuenitur Chateph camets, vt שָׁדְדָה *vastata est*; interdum euphoniæ gratia excidit Daghes, & ponitur Schurec loco Kibbuts, vt יוּלַד, *natus est*.

Coniugatio quinta Poel.

Præteritum		
לוֹמֵד	מְלוֹמְדוֹת	לוֹמְדוּ
לוֹמַדְתָּ	Paul	לוֹמְדִי
לוֹמַדְתִּי	מְלוֹמָד	לוֹמֵדְנָה ׃
לוֹמְדוּ	מְלוֹמָדִים	Futurum
לוֹמַדְתֶּם	מְלוֹמָדָה	אֲלוֹמֵד
לוֹמַדְנוּ	מְלוֹמָדוֹת	יְלוֹמֵד
לוֹמְדָה	Infinitiuus	תְּלוֹמֵד
לוֹמַדְתְּ	לוֹמֵד	נְלוֹמֵד
לוֹמַדְתֶּן ׃	בְּלוֹמֵד	יְלוֹמְדוּ
Benoni	כְּלוֹמֵד	תְּלוֹמְדוּ
מְלוֹמֵד	לְלוֹמֵד	תְּלוֹמֵד
מְלוֹמְדִים	מְלוֹמֵד ׃	תְּלוֹמְדִי
מְלוֹמְדָה vel	Imperatiuus	תְּלוֹמֵדְנָה ׃
מְלוֹמֶדֶת	לוֹמֵד	

I. Obseruandum est, hanc Coniugationem non differre quãtum ad inflexionem à Coniugatione Piel; nisi in prima Radicali, quę semper habet Vau quiescens in Cholē.

II. Obseruandum secundò, interdum termi-

terminari verba huius Coniugationis in Patach vel Camets, & tunc potissimùm, cùm accipiuntur in passiua significatione.

Coniugatio sexta Hiphil.

		Præteritum
הַלְמִידִי	Paul	הִלְמִיד
הַלְמֵדְנָה׃	מָלְמַד	הִלְמַדְתָּ
Futurum	מָלְמָדִים	הִלְמַדְתִּי
אַלְמִיד	מָלְמָדָה	הִלְמִידוּ
יַלְמִיד	מָלְמָדוֹת׃	הִלְמַדְתֶּם
תַּלְמִיד	Infinitiuus	הִלְמַדְנוּ
נַלְמִיד	vel הַלְמִיד	הִלְמִידָה
יַלְמִידוּ	הַלְמֵד	הִלְמַדְתְּ
תַּלְמִידוּ	בְּהַלְמִיד	הִלְמַדְתֶּן׃
תַּלְמִיד	כְּהַלְמִיד	Benoni
תַּלְמִידִי	לְהַלְמִיד	מַלְמִיד
תַּלְמֵדְנָה׃	מֵהַלְמִיד׃	מַלְמִידִים
	Imperatiuus	vel מַלְמִידָה
	הַלְמֵד	מַלְמֶדֶת
	הַלְמִידוּ	מַלְמִידוֹת׃

1. Circa Præteritum nota primò, si prima sit gutturalis, sub litera ה non fore Chiric, sed Segol, vt הֶעֱבִיר *transire fecit*. Secundò nota, vltimum Iod non inueniri nisi in tertiis Personis: quamquam interdũ etiam exci-

excidit in tertia Perſona fæminini generis, vt הוֹתִרָה *reliquit*, pro הוֹתִירָה, à Verbo יָתַר *remanere*.

II. Circa Participium nota primò, abiici literam ה, & Punctum eius trahi ad literam מ, euphoniæ gratia: dicitur enim מַלְמִיד, pro מְהַלְמִיד. quod idem ſeruatur in futuro ſub literis איתן, vt אַלְמִיד, pro אֲהַלְמִיד. Aliquando tamen præter regulam in Futuro reperitur He ſimul cum literis איתן, vt יְהוֹשִׁיעַ *ſaluabit*, pro יוֹשִׁיעַ.

III. Nota ſecundò, ſi prima ſit gutturalis, ſub illa poni Chateph camets in Paul, & ſub מ poni Camets, vt מָעֳמָד *ſtatutus*, quod idem in toto Hophal ſeruatur.

IV. Circa Infinitiuum, Imperatiuum, & Futurum nota primò, vltimum Chiric longum ſæpè mutari in Tſere, & propter Maccaph, in Segol, vt הַשְׁלֵךְ ו הַשְׁלֶךְ־נָא, *proiice nunc*. interdum etiam mutari in Patach, vt הַנְחַת *deſcendere fac*. & interdum in Scheua, vt יַדְרְכוּ *tendent*, pro יַדְרִיכוּ.

V. Nota ſecundò, Infinitiuum aliquando reperiri in ſcripturis ſine He, literis videlicet בכלם, locum eius ſupplentibus,

 vt

vt לַשְׁבִּית, pro לְהַשְׁבִּית, *ad cessare facere.*

VI. Nota tertiò, in Futuro quandoque excidere vltimum Iod, & proinde ex Chiric longo fieri Chiric breue, vt יַחְטִא, pro יַחְטִיא *peccabit.*

Coniugatio septima Hophal.

Futurum		Præteritum
	הֳלְמָדִים	הֳלְמַד
אֳלְמַד	vel הֳלְמָדָה	הֳלְמַדְתָּ
יֳלְמַד	הֳלְמֶדֶת	הֳלְמַדְתִּי
תֳּלְמַד	הֳלְמָדוֹת׃	הֳלְמְדוּ
נֳלְמַד	Infinitiuus	הֳלְמַדְתֶּם
יֳלְמְדוּ	הֳלְמַד	הֳלְמַדְנוּ
תֳּלְמְדוּ	*Participio, Præterito, Gerundius, & Imperatiuo caret hæc Cōiugatio.*	הֳלְמְדָה
תֳּלְמַד		הֳלְמַדְתְּ
תֳּלְמְדִי		הֳלְמַדְתֶּן׃
תֳּלְמַדְנָה׃		Benoni
		הֳלְמָד

I. Nota primò, interdum loco Chateph camets inueniri Kibbuts, vt הֻשְׁלְכָה *proiecta est*; vel ו, vt הוּחַל *cœptum est.*

II. Nota secundò, si prima thematis fuerit gutturalis, sub illa debere poni Chateph camets, & sub ה poni debere Camets in tota Coniugatione, vt הָעֳבַר, *traiectus* est.

III.

III. Nota tertiò, vſum huius Coniugationis, vt etiam Pual, eſſe ad exprimēdam paſſionem, quæ ab incerto auctore proceſſit.

Coniugatio octaua Hithpael.

		Præteritum
הִתְלַמְּדִי	מִתְלַמֶּדֶה vel	הִתְלַמֵּד
הִתְלַמֵּדְנָה ׃	מִתְלַמֶּדֶת	הִתְלַמְּדָה
Futurum	מִתְלַמְּדוֹת ׃	הִתְלַמַּדְתִּי
אֶתְלַמֵּד	Infinitiuus	הִתְלַמְּדוּ
יִתְלַמֵּד	הִתְלַמֵּד	הִתְלַמַּדְתֶּם
תִּתְלַמֵּד	בְּהִתְלַמֵּד	הִתְלַמַּדְנוּ
pria Verbis, explicantur ut Nomina. Exemplum erit פּוֹקְדֵהוּ visitans eum, פּוֹקְדוֹ visitator eius.

De Infinitiuo.

Infinitiuus forma פְּקוֹד *mutat ubique Camets in Camets chatuph, & Cholem in Sceua, ut* פָּקְדוֹ visitare eum; *si tamen sit gutturalis secunda thematis, sub ipsa erit Camets chatuph, & sub prima thematis Camets, ut* אָהֳבוֹ, amare eum.

Infinitiuus autem forma פְּקוֹד *retinet Sceua primæ literæ, & mutat Cholem secundæ in Camets chatuph, ut* פְּקָדְךָ פְּקָדְכֶם פְּקָדְכֶן; *nec plura recipit Affixa, quàm hæc tria.*

Infinitiuus forma פְּתַח *seruat Sceua primæ litera, nisi sequatur aliud Sceua, tunc enim mutatur in Chiric; Patach autem secundæ cum Affixo* ךָ *vertitur in Camets, cum Affixis* כֶם *&* כֶן *manet immotum, cum ceteris omnibus mutatur in Sceua.*

Denique Infinitiuus forma מְשׁוֹחַ *sub prima retinet Sceua, sub secũda vertit Vau in Camets, sub tertia accipit Camets chatuph, ut* מְשָׁחֳךָ. *Est autem obseruãdum, Infinitiuorum Affixa, tam actiuè, quàm passiuè exponi posse; siquidẽ* פָּקְדוֹ *significare potest,* visitatio eius, *siue visitatio referatur ad eum qui visitat, siue ad eum qui visitatur: exceptis tamen* נִי, תָ, נָה, נוּ, הוּ, *quæ solùm patienti conueniunt.*

De Imperatiuo.

Secunda Persona singularis masculina sequitur normam

normam infinitiuæ formæ פָּקוֹר. *ceteræ Personæ nihil mutant.*

De Futuro.

In toto Futuro manent immota Puncta sub literis אִיתָן, *nisi illud Punctum sit Camets, tunc enim vertitur in Sceua. item immota manent Puncta sub prima Radicali; Cholem autem secundæ Radicalis vertitur vbique in Sceua, præterquam cum Affixis* ךָ, כֶם, כֶן, *vbi mutatur in Camets chatuph; si verò sub secunda Radicali non sit Cholem, sed Patach, idem erit iudicium quod de Infinitiuo formæ* פְּתַח.

De Piel.

In Coniugatione Piel nihil peculiare occurrit, nisi quòd vbique Tsere secundæ Radicalis vertitur in Sceua, præterquam cum Affixis ךָ, כֶם & כֶן, *vbi vertitur in Segol, vt* פִּקְּדוֹ, visitauit eum, פִּקֶּדְךָ visitauit te.

De Hiphil.

In Hiphil nulla mutatio fit, nisi in Verbis quiescētibus Aiin Vau, vbi Tsere literæ He vertitur in Chateph Segol, vt הֲבִינוֹ, *& Tsere literæ* מ, *in Benoni vertitur in Sceua, vt* מְבִינוֹ, *& Camets literarum* אִיתָן, *in Futuro vertitur similiter in Sceua, vt* יְבִינוֹ.

PARADIGMA AFFIXORVM.

PRAETERITVM KAL.

פָּקַד
פְּקָדוֹ vel
פְּקָדָהוּ
פְּקָדְךָ
פְּקָדַנִי
פְּקָדָם
פְּקַדְכֶם
פְּקָדָנוּ
פְּקָדָהּ
פְּקָדֵךְ
פְּקָדָן
פְּקַדְכֶן׃
פְּקָדַתְ
פְּקָדַתּוֹ vel
פְּקָדַתְהוּ
פְּקָדַתְנִי
פְּקָדָתַם
פְּקָדַתְנוּ
פְּקָדַתָּה
פְּקָדָתַן

פָּקַדְתִּי
פְּקַדְתִּיו vel
פְּקַדְתִּיהוּ
פְּקַדְתִּיךָ
פְּקַדְתִּים
פְּקַדְתִּיכֶם
פְּקַדְתִּיהָ
פְּקַדְתִּיךְ
פְּקַדְתִּין
פְּקַדְתִּיכֶן׃
פְּקָדוּ
פְּקָדוּהוּ
פְּקָדוּךָ
פְּקָדוּנִי
פְּקָדוּם
פְּקָדוּכֶם
פְּקָדוּנוּ
פְּקָדוּהָ
פְּקָדוּךְ
פְּקָדוּן
פְּקָדוּכֶן׃

פְּקַדְתֶּם
פְּקַדְתּוּהוּ
פְּקַדְתּוּנִי
פְּקַדְתּוּם
פְּקַדְתּוּנוּ
פְּקַדְתּוּהָ
פְּקַדְתּוּן
פָּקַדְנוּ
פְּקַדְנוּהוּ
פְּקַדְנוּךָ
פְּקַדְנוּם
פְּקַדְנוּכֶם
פְּקַדְנוּהָ
פְּקַדְנוּךְ
פְּקַדְנוּן
פְּקַדְנוּכֶן׃
פָּקַדְתְּ
פְּקַדְתִּהוּ vel
פְּקַדְתּוּ
פְּקַדְתִּךְ
פְּקַדְתִּנִי
פְּקַדְתִּם

פְּקַדְתִּים		פְּקַדְתָּן		פְּקַדְתֶּם
פְּקַדְתִּינוּ		פְּקַדְתֶּכֶן :		פְּקַדְתֶּכֶם
פְּקַדְתִּיהָ		פְּקַדְתְּ		פְּקַדְתָּנוּ
פְּקַדְתִּין :	vel	פְּקַדְתִּיו	vel	פְּקַדְתָּהּ
		פְּקַדְתִּיהוּ		פְּקַדְתַּהּ
		פְּקַדְתִּינִי		פְּקַדְתַּךְ

Eadem Punctorum ratio quæ in פָּקַדְתִּי. At פְּקַדְתּוּהוּ, פְּקַדְתֶּן, &c. omnia more Masculini פְּקַדְתֶּם.

BENONI.

פּוֹקֶדֶת	vel	פּוֹקְדָה		פּוֹקֵד
פּוֹקַדְתּוֹ		פּוֹקְדָהּ	vel	פּוֹקְדוֹ
פּוֹקַדְתֵּךְ	&	פּוֹקְדִים		פּוֹקְדֵהוּ
פּוֹקְדוֹת		פּוֹקְדֵי	vel	פּוֹקְדִי
&c. פּוֹקְדוֹתָיו		פּוֹקְדָיו		פּוֹקְדֵנִי

PAUL.

פְּקוּדַת	& פְּקוּדִים	& פָּקוּד
פְּקוּדָתוֹ	פְּקוּדֵי	פְּקוּד
פְּקוּדוֹת	פְּקוּדָיו	פְּקוּדוֹ
פְּקוּדוֹתָיו :	פְּקוּדָה	פְּקוּדָהּ

INFINITIVVS.

ו׳	פָּקְדֵךְ	מָשְׁחֲכֶם
פְּקוֹד	פָּקְדָן	מָשְׁחֲכֶן ׃
פָּקְדוֹ vel	פָּקְדְכֶן ׃	פְּתֹחַ
פָּקְדֵהוּ vel	מְאוֹם	פִּתְחוֹ
פָּקְדֶנּוּ	מָאֳסוֹ	פִּתְחֲךָ
פָּקְדְךָ	מָאָסְךָ	פִּתְחֲכֶם
פָּקְדִי vel	מָאֳסִי	פִּתְחֲכֶן ׃
פָּקְדֵנִי	ז׳	
פָּקְדָם	רְדוֹף	
פָּקְדְכֶם	רָדְפְךָ	
פָּקְדֵנוּ	רָדְפְכֶם	
פָּקְדָהּ vel	רָדְפְכֶן	
פָּקְדָהָ vel	מְשׁוֹחַ	
פָּקְדֶנָּה	מָשְׁחֲךָ	

IMPERATIVVS.

פְּקוֹד	פִּקְדָה vel	גְּאַל
פָּקְדוֹ vel	פִּקְדָהּ vel	גְּאָלֵהוּ
פָּקְדֵהוּ vel	פִּקְדֶנָּה	גְּאָלֵנִי
פָּקְדֶנּוּ	פָּקְדֵן ׃	גְּאָלֵם ׃
פָּקְדֵנִי	שְׁמַע	אֱהַב
פָּקְדֵם ד׳	שָׁמְעֵהוּ	אֱהָבֵהוּ
פָּקְדֵנוּ	שָׁמְעֵנִי	אֱהָבֶהָ ׃

פִּקְלוּ

פְּקָדֻיִם	פְּקָדוּהָ	פְּקָדוּ
פְּקָדֻינוּ	פְּקָדוּן ׃	פְּקָדוּהוּ
פְּקָדֻיהָ	פְּקָדַי	פְּקָדוּנִי
פְּקָדֻין ׃	פְּקָדִיהוּ	פְּקָדוּם
	פְּקָדִינִי	פְּקָדוּנוּ

פְּקוּדָנָה tantùm recipit Pronomina separata.

FVTVRVM.

יִגְאַל	יִפְקְדֵהוּ vel	יִפְקוֹד
יִגְאָלֵהוּ	יִפְקְדֶהָ vel	יִפְקְדֵנִי
יִגְאָלְךָ	יִפְקְדֶנָּה	יִפְקְדֵהוּ vel
יִפְקְדוּ	יִפְקְדֵךְ	יִפְקְדֵנוּ
יִפְקְדוּךָ	יִפְקְדֵן	יִפְקָדְךָ
יִפְקְדוּכֶם	יִפְקָדְכֶן ׃	יִפְקְדֵנִי
יִפְקְדוּךְ	יִשְׁמַע	יִפְקְדֵם
יִפְקְדוּכֶן	יִשְׁמָעֵהוּ	יִפְקָדְכֶם
	יִשְׁמָעֲךָ	יִפְקְדֵנוּ

Cetera omnia huius Perſonæ יִפְקְדוּ, vt Imperatiuus פִּקְדוּ.

CAP. VII.

De literis Paragogicis.

Paragogicæ literæ ſunt quinque.

AD perfectam cognitionem Nominum & Verborum ſciendum eſt, quinque eſſe literas, videlicet, אהוין, quæ Paragogicæ ſiue Addititiæ nominantur; propterea, quòd interdum tam Nominibus, quàm Verbis, ſolius euphoniæ cauſa ſuperadduntur: & quidem א inuenitur Eccleſiaſtæ 11. in voce יְהוּא, *erit*. vbi Schureç eſt loco Chiric longi, ſic enim eſſe debuit, יְהִי.

II. He inuenitur frequenter in voce לַיְלָה, *nox*. Item in Infinitiuo, & Imperatiuo, & tunc mutantur Puncta eo modo, quo propter Affixa, vt לְפָקְדָה, *ad viſitandum*; זָכְרָה לִי, *memento mei*. Denique etiam in Futuro, vt אֶשְׁכְּנָה, *habitabo*; נִשְׂמְחָה, *lætabimur*; יָחִישָׁה, *accelerabit*.

III. Iod additur interdum Nominibus adiectiuis fæminini generis, vt מְלֵאֲתִי, *plena*, pro מְלֵאָה. item Benoni, & Paul, יֹשְׁבִי, pro יוֹשֵׁב, *ſedens*, & גְּנֻבְתִי, *furto ablata*, pro גְּנֻבַת.

Item

Item in Infinitiuo, vt לְהוֹשִׁיבִי, pro לְהוֹשִׁיב, *ad habitare faciendum.* Denique inuenitur libro 2. Regum, cap. 13. versu 20. in medio dictionis in voce אֲמִינוֹן, pro אַמְנוֹן, *Num Amnon frater tuus*, &c. Et lib. 1. Esdræ cap. 10, versu 16. לְדַרְיוֹשׁ, pro לִדְרוֹשׁ, *ad quærendum*: sed priori in loco contemptus gratia additum videtur.

IV. Vau redundat in illa voce, חַיְתוֹ, Genesis 1. pro חַיַּת.

V. Denique Nun additum reperitur tertiæ Personæ Præteriti pluralis numeri, vt יָדְעוּן, *cognouerunt*. item Infinitiuo, vt בְּאָבְדָן, *in pereundo*. & Futuro, vt יִדְרְכוּן, *tendent*, תִּדְרְכוּן, *tendetis*: quod etiam accidit si sequantur Affixa, vt יְכַבְּדָנְנִי, pro יְכַבְּדֵנִי, *honorabit me*. Atque hæc de Verbis & Nominibus.

PARS

PARS QVARTA, QVÆ EST DE RELIQVIS GRAMMATICAE PARTIBVS.

Cap. I.

De Aduerbio, Præpositione, Coniunctione, & Interiectione.

RESTAT מִלָּה, hoc est, Dictio, quæ quatuor alias complectitur partes orationis, Aduerbium, Præpositionem, Coniunctionem, Interiectionem. Aduerbia tot sunt apud Hebræos, quot apud alias nationes, quæ hoc ordine iuxta varias significationes numerari possunt.

hic, huc. ibi. illuc. inde. intus.
Loci, תּוֹךְ· מִשָּׁם· שָׁמָּה· שָׁם· פֹּה·
vbi. foris, foras.
חוּץ· אַיֵּה· אֵי· אֵיכֹה· אֵיכָה· אֵיךְ׃
hic. huc. hinc. illuc, illinc. vnde. quo. quo.
אָן אָנָה· מֵאַיִן· כֹּה· הֲלֹם׃
huc, illuc.
הֵנָּה.

Tem-

hodie. cras. heri.
Temporis. אֶתְמוֹל· תְּמוֹל· מָחֳרָת· מָחָר· הַיּוֹם

nocte præterita. manè. vesperi. nudiustertius.
שִׁלְשׁוֹם· עֶרֶב· בּוֹקֶר· אֶמֶשׁ·

tùnc. nunc. quotidie. adhuc. iam, iampridem.
כְּבָר· עוֹד· תָּמִיד· עַתָּה· נָא· אָז·

vsque, id est, semper, quando. cùm. mox. posteà.
אַחַר· פִּתְאוֹם· כִּי· מָתַי· עַד·

anteà, anteaquàm.
טֶרֶם׃

non.
Negandi. בִּלְתִּי· בְּלִי· בַּל· אַיִן· אַל· לֹא

sic. certè, verè.
Affirmandi. אֲבָל· אָמְנָה· אָמְנָם· כֵּן

Demonstrandi. הֵן en. הִנֵּה ecce.

vtinam. quis dabit, ô si.
Optandi. מִי יִתֵּן· לוּא· לוּ· אַחֲלַי

eia. age. obsecro.
Hortandi, & obsecrandi. אָנָּה· אָנָּא· נָא

nónne? cur? quomodo?
Interrogandi. אֵיךְ· אֵיכָה· מַדּוּעַ· לָמָּה· הֲלֹא

sicut, quasi, tamquam. sic.
Similitudinis. כֹּה כֵּן· כְּמוֹ

benè. malè. verè. rectè. æquè.
Qualitatis. נָכוֹן· יָשָׁר· אֱמֶת· רַע· טוֹב

festinanter. sapienter. prudenter. legitimè.
בְּמִשְׁפָּט· בְּבִינָה· בְּחָכְמָה· בִּמְהֵרָה·

multum. parum. modicum.
Quantitatis. זְעֵר· מְעַט· הַרְבֵּה· רַב

Com-

Comparandi. יוֹתֵר plus, magis.

Vehementiæ. מְאֹד valdè. מְאֹד מְאֹד maximè.

Remiſſionis. לְאַט lentè. מְעַט מְעַט ſenſim.

Dubitandi. אוּלַי forſan. אִם· an, ſi. פֶּן· ne fortè.

Separandi. לְבַד ſeorſum.

Congregandi. יַחַד· יַחְדָּו ſimul, vnà, pariter.

Hebraicè. Syriacè. Græcè. Latinè.

Gentis. עִבְרִית· אֲרָמִית· יְוָנִית· רוֹמָיִת

& cætera ad eumdem modum.

Ex his Aduerbiis pauca quædam ſuſcipiunt Affixa, hoc modo:

ecce illi. ecce ego. ecce tu. ecce ille. ecce.

הֵן· הִנּוֹ· הִנְּךָ· הִנֵּנִי vel הִנְנִי· הִנָּם·

ſicut. non tu. non ego. non. ecce nos. ecce vos.

הִנְּכֶם· הִנֵּנוּ· אֵין· אֵינִי· אֵינְךָ· כְּמוֹ·

vbi tu? vbi. ſicut illi. ſicut ego. ſicut tu. ſicut ille.

כָּמוֹהוּ· כָּמוֹךָ· כָּמוֹנִי· כְּמוֹהֶם· אַיֵּה· אַיֶּךָּ·

Præpoſitiones ordine Alphabetico ita numerari poſſunt:

pro. propter. abſque. iuxta. poſt cum. ad.

אֶל· אֶת· אַחַר· אֵצֶל· בְּלֹא· בִּגְלַל· בְּעַד·

ante. extra. vltra. inter. propter.

בִּלְעֲדֵי vel בַּעֲבוּר, בֵּין· הָלְאָה· חוּץ· לִפְנֵי·

coram. à, ab. præter. propter. ſecundùm. contra, è regione.

לְעֻמַּת· לְפִי· לְמַעַן· לְבַד· מִן· נֶגֶד·

pro, ſub. cum. trans. ſuper. circa. è regione.

נֹכַח· סָבִיב· עַל· עֵבֶר· עִם· תַּחַת·

Ex

Ex quibus Præpoſitionibus nullæ ſunt, quæ non recipiant Affixa more Nominum & Verborum, exceptis ſex, videlicet:

בִּלְאֵי הָלְאָה׃ חוּץ׃ לִפְנֵי נֹכַח׃ עֵבֶר

Quomodo autem Puncta mutentur in Præpoſitionibus ratione Affixorum, ſatis diligenter in Dictionariis explicatur. Illud tamen non videtur omittendum, אֶל, *&* עַל *recipere Affixa more pluralium Nominum, id eſt, addendo Iod poſt Lamed, & prætereà* אֶל *cũ Affixis omnibus mutare* ֶ *in* ֵ *, præterquam cum Affixis,* חֶם׃ הֶן׃ כֶם׃ כֶן, *cum quibus mutat* ֶ *in* ֱ *, vt* אֵלָיו. אֲלֵיכֶם. *Porrò Præpoſitio* עַל *cum Affixis* חֶם. הֶן. כֶם. כֶן *mutat* ַ *in* ֲ *, cum alius autem omnibus in Camets, vt* עָלָיו׃ עֲלֵיכֶם.

Coniunctiones numerantur omnino ſeptem. Copulatiua ו, *&*; גַּם, *etiam*; אַף, *quoque*. Diſiunctiua אוֹ, *vel, aut*. Continuatiua אַךְ, *verumtamen, tamen*. Cauſalis אִם, *ſi*; לוּלֵי, *niſi*. Rationalis כִּי, *quoniam*; לְמַעַן, *vt*; עֵקֶב, יַעַן, *proptereà*; אֲשֶׁר, *quòd, quia*. *Coniunctiones ſunt 7.*

Interiectiones ſunt quinque. Dolentis, הִי׃ אֵי׃ אֲבוֹי׃ הוֹי׃ הוֹ׃ אוֹי, *væ*; הָהּ, *heu*; אֲהָהּ, אָהּ, *ah*. Gaudentis, הֶאָח, *euge*. Exclamantis, הוֹ, *ô*. Admirantis, אֵיךְ׃ אֵיכָה, *quomodo*. Blandientis, אָנָּה׃ אָנָּא׃ נָא *Interiectiones ſunt 5.*

CAP. II.

De literis Seruilibus.

ADVERBIA,& Præpositiones apud Hebræos partim constant ex integris dictionibus, de quibus hactenus locuti sumus; partim ex solis quibusdam literis, quæ Seruiles ea potissimùm de causa dictæ sunt. Sciendum igitur est ex viginti duabus literis Hebræorum, vndecim esse Radicales,& vndecim Seruiles. Radicales dicuntur illæ, quæ semper sunt pars thematis, nec vllum alium habent vsum. Seruiles dicuntur eæ, quæ etsi quandoque pertinent ad ipsum thema, sæpiùs tamen deseruiunt vel loco Præpositionum atque Aduerbiorum, vel ad Personas, Tempora, Numeros, Genera, aliaque id genus indicanda. Porrò Seruiles literæ his tribus nominibus trium insignium virorum continentur, מֹשֶׁה אֵיתָן וְכָלֵב, reliquæ omnes Radicales sunt.

Seruiles literæ sunt vndecim.

Seruiles literæ quæ dicantur.

II. Et quoniam de iis literis multa superiùs variis locis dicta sunt, hîc partim per cōpendium repetemus quę alibi dicta sunt, partim

partim addemus quæ superſunt dicenda.

III. א Primò, eſt vna ex literis formatiuis Futuri. Secundò, eſt vna ex formatiuis Nominum Verbalium. Tertiò, eſt vna ex Paragogicis.

IV. י Primò, eſt ex formatiuis Futuri. Secundò, ex formatiuis Nominum Verbalium. Tertiò, ex Paragogicis. Quartò, ex formatiuis Pronominum. Quintò, eſt nota numeri multitudinis in Nominibus. Sextò, eſt characteriſtica Coniugationis Hiphil.

V. ת Primò, eſt ex formatiuis Futuri. Secundò, ex formatiuis Nominum Verbalium. Tertiò, eſt nota generis fœminini in Nominibus, cùm additur ad finem.

VI. נ Primò, eſt ex formatiuis Futuri. Secundò, ex formatiuis Nominum Verbalium. Tertiò, ex Paragogicis. Quartò, ex formatiuis Pronominum.

VII. ם Primò, format Benoni in Piel, Hiphil, & Hithpael. Secundò, eſt ex formatiuis Nominum Verbalium. Tertiò, ex formatiuis Gerundiorum. Quartò, ex formatiuis Pronominum. Quintò, ponitur

pro מִן Præpoſitione,& tunc infigit Daghes in ſequenti ob defectum Nun, dicimus enim מִשָּׁמַיִם, *è cælis*, pro מִן שָׁמַיִם. Quòd ſi litera ſequens non ſit capax Daghes, ponitur Tſere ſub מ loco Chiric, vt מֵאֶרֶץ, *è terra*, pro מִן אֶרֶץ. Non deſunt tamen aliquæ voces, quæ præter regulam, nec recipiant Daghes, nec mutent Chiric in Tſere, vt מִחוּט, *à filo*; מִרְדּוֹף, *à perſequendo*. Sextò, deſeruit Comparationi.

VIII. ש Primò, ponitur pro אֲשֶׁר, *qui, quæ, quod, quoniam, vt*, aliaque id genus ſignificans. punctum eius ordinarium eſt Segol ſequente Daghes, vel ſine Daghes, ſi litera ſequens non ſit eius capax, vt שֶׁכָּכָה, *quod ſic*; שֶׁעָלוּ, *quæ aſcenderunt*. Irregulariter tamen inuenitur ש cum Camets, vel -, vel :, vt שָׁהוּא, *quod ipſe*; שַׁקַּמְתְּ, *quod ſurrexiſti*; שְׁאַתָּה, *quod tu*. Secundò, addito Lamed, efficit articulum genitiui שֶׁל.

IX. ה Primò, eſt ex Paragogicis. Secundò, ex formatiuis Nominum Verbalium ſecundùm pleroſque: tamen R. Dauid Kimchi in Ioëlem exiſtimat He numquam formare Nomina, & rationem adfert ſanè probabi-

babilem. literæ enim Nominum formatrices adeò necessariæ sunt, vt sine illis Nomen nihil omnino significet. Nam si ex מִזְמוֹר, *Psalmus*, auferas ם, formatiuum Verbalis זְמוֹר, non erit Nomen. At omnia Nomina quæ videntur habere ה formatiuum, etiam sine ipso ה integra & vera nomina sunt, לַיְלָה, & לַיִל, *nox*; חֲדָרָה, & חֶדֶר, *cubiculum*; & alia. Tertiò, est nota generis fæminini, & tunc ordinariè habet ante se Camets cum accentu. Quartò, est signum Demonstratiuum, idem ferè valens apud Hebręos quod Articulus apud Græcos; & tunc ordinariè sub se requirit Patach sequente Daghes, vt הַבַּיִת, *illa domus*. quòd si litera sequens non sit capax Daghes, ponitur sub ה Camets, loco Patach, vt הָעֶבֶד, *seruus*, הָרוֹעֶה, *pastor*. Excipiuntur literæ ה & ח, ante quas ה Demonstratiuum retinet suum Patach, vt הַהֵיכָל, *templum*, הַחַלּוֹן, *fenestra*. Excipiuntur etiam literæ gutturales quæ sub se habent Camets in dictionibus non monosyllabis: nam ante eas, ה Demonstratiuum plerumque habet Segol, vt הֶעָשָׁן, *fumus*. Excipiuntur denique literæ Sceuatæ,

ante quas ה retinet ſuum Patach, etiam ſi illæ non ſint notatæ puncto Daghes, vt הַיְאוֹר, *flumen.* Quintò, præpoſita hæc litera Verborum Participiis, gerit vicem Relatiui, vt הַנִּרְאֶה, *qui cernitur.* Sextò, eſt nota Admirationis & Interrogationis, & tunc recipit plurimùm ſub ſe -:, ante Gutturales autem notatas puncto ־ requirit ·.·, ante eaſdem verò non notatas puncto Camets requirit -, vt הֲזֶה, *num iſte?* הֶהָיְתָה זֹּאת, *num factum eſt iſtud?* הַאִישׁ כָּמוֹנִי, *num vir ſicut ego?* Septimò, ad finem dictionis hæc litera ſæpenumerò ſeruit loco Præpoſitionis *ad* vel *in*, vt מִצְרַיְמָה, *in Ægyptum*, יָמִימָה, *in dies.* Octauò, interdum eſt Aduerbium vocandi, ſiue Articulus vocatiui caſus, vt הַשָּׁמַיִם, *ô cæli.* Nonò, eſt figuratiua Coniugationis Hiphil, Hophal, & Hithpael.

x. ו Primò, eſt ex literis Paragogicis. Secundò, ex formatiuis Pronominum. Tertiò, eſt nota Numeri pluralis in Verbis. Quartò, eſt nota Copulatiua, ſignificans *&*, *atque*, *autem*, & ſæpiſſimè pręponitur ad initia librorum, vel ſententiarum ornatus gratia, vt Exodi 1. verſ. 1. וְאֵלֶּה שְׁמוֹת, *& hæc ſunt*

sunt nomina.Interdum etiam significat *quia*, vt Gen.14,v.19. *Melchisedech protulit panem & vinum*,וְהוּא כֹהֵן,*ipse enim sacerdos*. Et Genes.30.ver.27.ait Laban,נִחַשְׁתִּי וַיְבָרְכֵנִי יְהוָה: *Expertus sum quòd benedixit mihi Dominus.* Significat quoque *sic* vel *similiter* in libro Prouerb. frequentissimè; *item*, *sed*, *certè*, *vtrùm*, & similia. Punctum eius ordinarium est Sceua, tamen ante literas Labiales,quæ sunt בומף, & ante Sceuatas requirit Schurec,quod pro Vocali breui in eiusmodi locis haberi solet. si tamen litera Sceuata sit Iod, abiecto Sceua, ponitur Chiric sub litera ו,vt וִימִין,*& dextera*,pro וְיְמִין:ante literas autem Gutturales affectas Puncto rapto habet Punctum simile,vt וֶאֱלִיל, *& vanitas*, & per contractionem abiicitur sæpè ipsum Punctum raptũ,vt וַאדוֹנִי, pro וַאֲדוֹנִי.

Quando etiam ex Puncto rapto sub litera Gutturali excidit Sceua, similiter Vau pręcedens habet Patach, vel Segol sine Sceua, vt וַעֲשֵׂה, *& fac*, וְאֶחְמֵד, *& sperabo.* Excipitur nomen אֱלֹהִים,ante quod Vau semper habet Tsere adiecto Segol, vt וֵאלֹהִים, *& Deus*.Quando verò Vau coniungit duo

Nomina, & ſecundum eſt monoſyllabum, vel habet accentum in penultima, ſemper ſub ſe habet Camets .תֹּהוּ וָבֹהוּ. Quintò, ו conuertit ſignificationem Præteriti in ſignificationem Futuri, & è contrario: Conuertit quidẽ Pręteritum in Futurum, quandò præceſſit aliud Futurum, vel ſaltem non præceſſit Pręteritum: tunc autem Vau Verſiuum non diſtinguitur notatione à Vau Copulatiuo; id eſt, habet Sceua, vel alia puncta, vt Vau Copulatiuum: ſed hoc addit quod ſemper accentum reiicit in vltimam, vt וְשָׁמַרְתִּי, *& cuſtodiam.* Excipiuntur Quieſcentia Lamed He, quæ retinent accentum in penultima, vt וְגָלִיתִי, *& migrabo.* Futurum autem vertit in Pręteritum quandò habet ſub ſe Patach ſequente Daghes (quod tamen Daghes excidit ex litera Sceuata, euphoniæ cauſſa.) Et ſi litera ſequens non ſit capax Daghes, habet Camets loco Patach, & accentum ab vltima ad penultimam retrahit, vt וַיָּמָת, *& mortuus eſt*; וַיְהִי, *& fuit*; וָאָקוּם, *& ſurrexi.*

XI. כ Primò, eſt nota ſimilitudinis, ſignificans *ſic, ſecundùm, iuxtà, ſicut.* Secundò,

cundò, est nota coniecturalis, significans *circiter, quasi.* Tertiò, est ex literis formatricibus Pronominum. Quartò, ex formatricibus Gerundiorum. Interdum adsciscit particulam מו, & efficit integram dictionem כְּמוֹ, *sicut*, & tunc recipere potest etiam Affixa, vt כָּמוֹנִי, *sicut ego*; כָּמוֹךָ, *sicut tu*, &c.

Peculiare est huic literæ, & duabus sequentibus, vt non patiantur post se ה Demonstratiuum, sed eo reiecto, assumant punctum eius, vt כַּשָּׁמַיִם, *sicut cæli*, pro כְּהַשָּׁמַיִם. Puncta huius literæ, & duarum sequentium, eadem sunt quæ Vau Copulatiui, eo excepto, quod propter literas Sceuatas non mutant Sceua in Schurec, sed in Chiric, & ante literas labiales retinent suum Sceua.

XII. ל Primò, est articulus Datiui, ac Genitiui casus, & interdum etiam Accusatiui. Secundò, est vna ex formatricibus Gerundiorum. Tertiò, seruit loco Præpositionis, significans *ad, in, propter*, &c. Recipit quoque Affixa, vt suprà ostensum est in capite de Pronomine.

XIII. ב Primò, est vna ex literis formatrici-

bus Gerundiorum. Secundò, ſeruit loco Præpoſitionum *in*, *cùm*, *ab*, &c. Tertiò, deſignare ſolet ablatiuum inſtrumenti, vel pretij, vt בְּכֶסֶף קָנִיתִי, *argento emi*; בְּחָכְמָתְךָ עָשִׂיתָ לְךָ חָיִל, *ſapientia tua paraſti tibi virtutem.* Recipit hæc litera etiam Affixa more Nominum, & Verborum, vt בּוֹ· בְּךָ· בִּי· בָּהֶם· בָּכֶם· בָּנוּ· בָּהּ· בָּךְ· בָּהֶן· בָּכֶן·

CAP. III.

De inueſtigatione Radicis, ſiue Thematis, & vſu Dictionarij.

DICTIONARIA Hebræorum non continent ordine alphabetico Nomina, & Verba, ac ceteras dictiones omnes, ſed ſolùm Themata, ſiue Radices, quibus ſubiiciunt eas omnes Voces, quæ ab illis deriuantur. Vt igitur quocumque Vocabulo oblato Radicem eius inueſtigare poſſimus, primùm mandanda eſt memoriæ diuiſio literarum in vndecim Radicales, & vndecim Seruiles, quam capite ſuperiore tradidimus. Deinde ſciendum eſt, ex vndecim Seruilibus quatuor eſſe, quæ etſi initio dictionis aliquando ſeruiant, tamen in me-

in medio ac fine ſemper ſunt de Themate, videlicet, שְׂא בַּל. Item alias quatuor in principio & fine dictionis non rarò ſeruire, in medio autem ſemper ad Radicem pertinere, videlicet, מִנְכְּת. Denique reliquas tres חֲוִי vbique Radicales & Seruiles eſſe poſſe. Quibus obſeruatis, oblata Voce cuius Radicem quærimus, initio remouendæ ſunt omnes literæ Seruiles, & ſi quidem remanent literæ tres Radicales, eæ ſine dubio Radicem efficiunt; quòd ſi Seruilibus remotis non remanent tres literæ Radicales, videndum eſt, num ex Seruilibus eiuſdem vocis aliquæ ſint de numero earum, quæ ſunt ſemper de Themate; ſi verò ne hoc quidem modo inuenietur Thema, expendendum erit, num fortaſſe reliquæ literæ dictionis eiuſdem, quæ ex ſe Radicales & Seruiles eſſe poſſunt, in ea dictione ſint Radicales. Si denique conſtet, eas non eſſe vllo modo Radicales, manifeſtum erit vocem ex Imperfectis eſſe, hoc eſt ex Quieſcentibus, vel Defectiuis, & idcircò præponendum erit initio Nun, aut Iod; vel inſerendum in medio Vau, aut Iod; vel ad fi-

nem addendum He,aut Nun; aut certè secunda litera duplicanda.

CAP. IV.

De Syntaxi.

QVONIAM ea quæ ad constructionem pertinent, sunt ferè omnia Hebraicæ linguæ cum ceteris communia, & vsu ac lectione Scripturarum facilè percipi possunt, rem totam paucis complectemur: ac explicabimus Constructionem primùm Nominis cum Verbo, deinde Adiectiui cum Substantiuo, tum Substantiui cum Substantiuo, postremò Relatiui cum Antecedente.

1. Nomen & Verbum in Genere, Numero, & Persona conuenire debent, vt Gen. 1. וְהָאָרֶץ הָיְתָה, *& terra erat*; יְהִי אוֹר, *erit lumen.* Hoc tamen non vbiq; seruatur: sæpè enim Nomen generis masculini iungitur Verbo generis fæminini, vt lib. 2. Reg. cap. 13. v. 37. וַתְּכַל דָּוִד, *& cessauit Dauid*; & contrà, vt 1. Reg. cap. 25. v. 27. הֵבִיא שִׁפְחָתְךָ, *attulit ancilla tua.* Sed in his & similibus videtur intelligendum aliquod Verbum commodum, vt

cessa-

cessauit Dauid, id est, *anima Dauidis*; *attulit ancilla tua*, id est, *seruus præmissus nomine meo quæ sum ancilla tua*: vel certè Scriptura magis ad rem significatam respicit, quàm ad vocem significantem, vt Cant. cap. 2. versu 7. הִשְׁבַּעְתִּי אֶתְכֶם בְּנוֹת יְרוּשָׁלַםִ אִם תָּעִירוּ וְאִם תְּעוֹרְרוּ אֶת־הָאַהֲבָה׃. Et Eccl. cap. 1. ver. 2. אָמַר קוֹהֶלֶת.

II. Quod diximus de Genere, etiam dè Numero dici potest. Inuenitur enim sæpè Nomen numeri singularis cum Verbo numeri pluralis, vt Hag. cap. 2. v. 8. וּבָאוּ חֶמְדַּת גּוֹיִם. *& venient desiderium gentium*: & contrà, vt Gen. 1. ver. 14. יְהִי מְאוֹרֹת, *fit luminaria*: solet autem hoc fieri præter communem regulam, quando Nomen singularis numeri regit Nomen numeri pluralis vel contrà; tunc enim Verbum conuenit in Numero cum posteriore Nomine, etiamsi in obliquo sit, vt Iob cap. 15. versu 20. מִסְפַּר שָׁנִים נִצְפְּנוּ, *numerus annorum reconditi sunt*; Eccl. cap. 10. versu 1. זְבוּבֵי מָוֶת יַבְאִישׁ יַבִּיעַ שֶׁמֶן, *muscæ mortis perdit suauitatem vnguenti*.

III. Solet etiam id fieri, quando Nomen plura-

pluralis numeri Diſtributiuè exponi poteſt, vt Gen.cap.49.ver. 22. בָּנוֹת צָעֲדָה, *filiæ diſcurrit*, id eſt, *vnaquæque filiarum diſcurrit.*

IV. Interdum quoque id fit, cùm Nomen plurale rem ſingularem ſignificat, vt Exodi cap. 21. ver. 4. אִם אֲדֹנָיו יִתֶּן, *ſi domini eius dederit*, id eſt, *ſi dominus eius dederit:* accipitur enim paſſim nomen אֲדֹנִים, pro אָדוֹן.

V. Ad myſterium denique Trinitatis inſinuandum, vt Gen.cap.1.ver.1. בָּרָא אֱלֹהִים, *creauit Dij*, id eſt, *Deus in perſonis trinus creauit.*

VI. Eſt etiam obſeruandum, ſæpè apud Hebræos deſiderari Verbum Subſtantiuum, vt Pſal. 34. ver.8. רְאוּ כִּי טוֹב יְהוָה, *videte quia bonus eſt Dominus.*

VII. Item non raro vſurpari tertiam perſonam Verbi Actiui in Paſſiua ſignificatione, vt Gen.16. עַל־כֵּן קָרָא לִבְאֵר בְּאֵר לַחַי רֹאִי, *proptereà vocatum eſt putei*, id eſt, *putei nomen, puteus viuentis & videntis.*

VIII. Adiectiuum & Subſtantiuum in Genere, Numero, & Caſu plerumque conſentiunt, vt Cant. cap.4.ver.1. יָפָה רַעְיָתִי, *pulchra*

chra amica mea. Cant. 5. ver. 10. דּוֹדִי צַח, *dilectus meus candidus*. Interdum tamen, ſed rarò, inuenitur Adiectiuum generis maſculini cum Subſtantiuo generis fœminini, vt Exodi 11. verſu 6. צְעָקָה כָּמֹהוּ, *ſicut ipſe acclamatio*.

IX. Aliquando etiam Adiectiuum numeri ſingularis cum Subſtantiuo numeri pluralis, vt Eſa. cap. 19. ver. 4. אֲדֹנִים קָשֶׁה, *dominorum duri*, id eſt, *durorum*. Quando autem Adiectiuum cum Subſtantiuo non concordat in Caſu, ſed Adiectiuum in nominatiuo, Subſtātiuum in genitiuo eſt, exponi debet Adiectiuum per Superlatiuum, vel Comparatiuum, vt 1. Reg. cap. 21. ver. 7. אַדִּיר הָרוֹעִים, *potentiſſimus paſtorum*. Eſa. cap. 29. ver. 11. חַכְמֵי יוֹעֲצֵי, *ſapientiſſimi conſiliariorum*, vel *ſapientiores conſiliariorum*.

X. Adiectiua quoque quæ apud Latinos ablatiuum regunt, apud Hebræos regunt genitiuum, vt Ioël. 2. ver. 5. עֱרוּךְ מִלְחָמָה, *inſtructus prælij*, id eſt, *prælio*; Pſal. 24. verſu 4. נְקִי כַפַּיִם וּבַר לֵבָב, *mundus manuum, & mundus cordis*, id eſt, *mundus manibus & corde*.

XI. Sub-

XI. Substantiuum quando iungitur Substantiuo, ferè vnum Nominatiui, alterum Genitiui est casus, vt Eccles. cap. 1. vers. 1. דִּבְרֵי קוֹהֶלֶת בֶּן־דָּוִד, *Verba Ecclesiastæ filij Dauidis.*

XII. Solet etiam Substantiuum habere formam regiminis Genitiui, etiam non sequente Genitiuo, sed literis seruilibus שֶׁבְּלָם, vt Ecclesiastæ cap. 11. ver. 4. מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל, *locus quo cadet.* 2. Reg. cap. 1. versu 21. הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ, *montes in Gelboë.* Iob cap. 18. versu 2. קִנְצֵי לְמִלִּין, *fines sermonibus.* Ezechielis cap. 13. versu 2. נְבִיאֵי מִלִּבָּם, *Prophetæ ex corde suo.* Idem iudicium de particulis his literis significatione respondentibus, vt אֶת, אֲשֶׁר, & similibus. Porrò frequentissimè apud Hebræos Genitiuus Nominis Substantiui fœminini ponitur pro Adiectiuo, vt Exodi cap. 3. versu 5. אַדְמַת־קוֹדֶשׁ, *terra sanctitatis,* id est, *terra sancta.*

XIII. Relatiuum & Antecedens apud Hebræos non possunt non conuenire, cùm אֲשֶׁר, quod est Relatiuum, sit vtriusque Generis, & Numeri, nec per Casus declinetur. Est autem diligenter notandum, Relatiuum

uum interdum omitti, ac ſubintelligi: ſicut etiam aliquando omittitur ac ſubintelligitur Antecedens: interdum autem ſubiungi Relatiuo Pronomen, quod apud Græcos & Latinos ſuperuacaneū videretur. Exempla, Iob cap. 19. verſu 19. וְזֶה אָהַבְתִּי נֶהְפְּכוּ בִי, *& hi*, (quos, ſubintellige) *diligebam, verſi ſunt in me.* Geneſis cap. 44. verſu 1. וַיְצַו אֶת־אֲשֶׁר עַל־בֵּיתוֹ לֵאמֹר, *& præcepit* (ei, ſubintellige) *qui ſuper domum ſuam præpoſitus erat, dicens.* Geneſis cap. 1. verſu 11. אֲשֶׁר־זַרְעוֹ בוֹ, *cuius ſemen eius in ipſo ſit.*

CAP. V.

De Poëtica.

QVONIAM Cantica omnia recentium Hebræorum (vetus enim Poëtica Moſis, & Prophetarum, penitus ignoratur) in Verſus, Verſus in Hemiſtichia, Hemiſtichia in Pedes, Pedes in Syllabas reſoluuntur: de Syllabis primùm, tum de Pedibus, deinde de Hemiſtichiis, poſtremò de Verſibus explicandum erit.

1. Omnis Syllaba aut longa eſt, aut breuis. Longa dicitur quæcumque conſtat vno ex decem Punctis vocalibus. Breuis appellatur, quæ conſtat Semipuncto, videlicet, Sceua mobili, ſiue Simplici, ſiue Compoſito. Itaque in hac voce וַיִּצְעֲקוּ, prima eſt breuis, ſecunda longa, tertia breuis, quarta longa. Eſt etiam breuis Vocalis punctum Schurec, quando ponitur loco ſemipuncti Sceua ante literas Labiales, vel literam Sceuatam, vt:

פְּרוּ וּרְבוּ וּמִלְאוּ אֶת הַמַּיִם

Pedes duo tantùm ſunt, quibus in ſuis Verſibus componendis Hebræi vtuntur. Alter

Alter dicitur תְּנוּעָה, id eſt, *motio*, & conſtat vna tantùm Syllaba, eaque longa, vt לְךָ. Alter dicitur יָתֵד, id eſt, *clauus*, & conſtat duabus Syllabis, vna breui, altera longa, vt לְךָ.

II. Hemiſtichiorum, quæ Syllabis, ſeu Pedibus paria ac ſimilia eſſe debent, prius dicitur דֶּלֶת, id eſt, *oſtium*, quia inde eſt ingreſſus in Carmen, poſterius dicitur סוֹגֵר, id eſt, *clauſula*, quia Verſum claudit.

III. Debent autem Hemiſtichia vel vnum ſub alio ſcribi, vel ſi in eadem ſcribantur linea, ita diſtingui ac ſeparari, vt facilè per ſe ſingula ſpectari queant.

IV. Verſus Integer dicitur בַּיִת, id eſt, *domus*, eò quòd oſtium habeat, & interiora vſque ad vltimum parietem; & ſi quidem Verſuum numerus ad decem non perueniat, Epigramma efficitur, quod dicitur פָּסוּק, quaſi vnam tantùm periodum complectatur: ſi verò ad decem perueniat, vel eum numerum ſuperet, Carmen efficitur, quod שִׁיר, ſiue שִׁירָה, id eſt, *Canticum* nominatur. Porrò Verſuum genera in vniuerſum duo ſunt; vnum dicitur פָּשׁוּט, id eſt,

Simplex, quod ſolis conſtat תְּנוּעוֹת, hoc eſt, longis ſyllabis, nec vllũ admittit Sceua mobile, quale eſt illud R. Moſis Maimonis:

דַּעְי הוֹלֵךְ׃ לִנְחוֹת דֶּרֶךְ׃
וְיֹשֶׁר לִסְלוֹל׃ אֶת מְסִלּוֹלָה׃

Mens mea contendit adducere ad viam rectitudinis, ſternere viam tritam.

V. Alterum dicitur מֻרְכָּב, id eſt, *Compoſitum*, quod partim ex יָתֵד, partim ex תְּנוּעוֹת cõponitur. Sunt verò huius generis 17. formæ, quæ ex varia horum duorum Pedum permixtione conſurgunt, vt in ſubiecta tabella apparet.

Prima	∪— ———	
2	∪— ——— ∪——	
3	∪— ——∪— —— ∪—	
4	∪— ——∪———	
5	∪— ∪—— ∪—— ∪——	
6	∪—— ∪—— ∪—— ∪——	
7	—∪— —— ∪——	
8	—— ∪— ——— ∪———	
9	—— ∪— ——∪———	
10	—— ∪— ——∪———	*ſed vltimum*
11	—— ∪— ∪——	*poteſt tranſire*
12	—— ∪— ——∪— ——	*in* ∪—
13	—— ∪— ——∪——— ∪—	
14	—— ∪— ————	

15 -- ∪- -∪- *sed vltimum v-*
16 -- ∪--- ∪--- *in fine Versus po-*
17 -∪- -∪- ∪- -∪- *test transire in--*

VI. Est autem obseruandum, Hebræos ad sua Carmina quodammodò condienda, Rhithmum tamquam salem adhibere solere. Id quod faciunt tribus modis, nam aliquando Rhithmum ponunt solùm in fine singulorum Versuum, ita vt duo Versus similiter desinant, vt illa Latina:

Si vis incolumem, si vis te reddere sanum,
Curas tolle graues, irasci crede profanum.

Et hoc dicitur שִׁיר קָשׁוּר, id est, *Carmen ligatum.* Aliquando Rhithmum constituunt in fine singulorum Hemistichiorum, vt in illo Latino:

Contra vim mortis, non est medicamen in hortis.

Et hoc dicitur שִׁיר חֲרוּזִי, id est, *Carmen rhithmicum.* Aliquando deniq; singula Hemistichia in duas Pausas distinguunt, ita vt in toto Versu quatuor sunt Pausæ, quarum tres primæ eumdem Rhithmum habeant, postrema conueniat cum postrema Carminis superioris, vt in his Latinis:

Quamquam tacet, multis placet, rarò iacet vir optimus:
Quidquid loquetur, deſpicietur, nec coletur peßimus.

Et hoc dicitur שִׁיר מְחֻלָּק, id eſt, *Carmen diuiſum*: Exempla horum omnium peti poſſunt ex Canticis Heliæ.

Rhithmi tribus modis fiunt. VII. Porrò Rhithmi ipſi tribus modis fieri poſſunt: vel enim ſolæ ſimplices literæ ſine Punctis conueniunt, vt דֶּבֶר· דְּבָר, & hîc dicitur Rhithmus עוֹבֵר, id eſt, *Tranſiens*, ſiue *Vulgaris*: vel literæ vltimæ cum ſuis Punctis, id eſt, integræ ſyllabæ conſentiunt, vt אוֹמֵר· דָּבָר, & hic dicitur Rhithmus רָאוּי, id eſt, *Conſpicuus & elegãs*: vel deniq; duæ literæ, vel plures cum ſuis Punctis, hoc eſt, duę integræ ſyllabæ ſimiliter cadunt, vt אָזְנַיִם. עֵינַיִם, & hic dicitur Rhithmus מְשֻׁבָּח, id eſt, *Excellens*. & quamquam imperitiores ad Rhithmos componendos confundant eas literas, quę ſunt eiuſdem ſoni, vt כ & ק; id tamen vitari debet ab iis, qui accuratè ſcribere conantur.

FINIS.

INDEX CAPITVM.

Partis primæ, quæ est de Ratione legendi, & scribendi.

Partis secundæ, quæ est de Nomine.

Partis tertiæ, quæ est de Verbo.

Partis quartæ, quæ est de reliquis partibus Grammaticæ.

FINIS.

EXERCITATIO GRAMMATICA IN PSALMVM XXXIII.

Secundùm Hebræos XXXIIII.

AVCTORE
ROBERTO BELLARMINO
POLITIANO è Societate IESV
S. R. E. Presb. Cardinale.

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam & Filios Ioannis Moreti.
cIↃ. IↃC. XVI.

Numeri qui in hac Exercitatione passim citantur, nostræ Grammaticæ respondent: quorum prior paginam, posterior lineam designat.

Pſalmus Alphabeticus trigeſimuſ-tertius, ſecundùm Hebræos trigeſimuſquartus.

מִזְמוֹר לד

לְדָוִד בְּשַׁנּוֹתוֹ אֶת־טַעְמוֹ לִפְנֵי אֲבִימֶלֶךְ
וַיְגָרְשֵׁהוּ וַיֵּלַךְ׃

אֲבָרְכָה אֶת־יְהוָה
בְּכָל־עֵת תָּמִיד תְּהִלָּתוֹ
בְּפִי׃
בַּיהוָה תִּתְהַלֵּל נַפְשִׁי
יִשְׁמְעוּ עֲנָוִים וְיִשְׂמָחוּ׃
גַּדְּלוּ לַיהוָה אִתִּי וּנְרוֹמְמָה שְׁמוֹ
יַחְדָּו׃
דָּרַשְׁתִּי אֶת־יְהוָה וְעָנָנִי וּמִכָּל־מְגוּרוֹתַי
הִצִּילָנִי׃

הִבִּיטוּ אֵלָיו וְנָהָרוּ וּפְנֵיהֶם אַל־
יֶחְפָּרוּ׃
זֶה עָנִי קָרָא וַיהוָה שָׁמֵעַ וּמִכָּל־
צָרוֹתָיו הוֹשִׁיעוֹ׃
חֹנֶה מַלְאַךְ יְהוָה סָבִיב לִירֵאָיו
וַיְחַלְּצֵם׃
טַעֲמוּ וּרְאוּ כִּי טוֹב יְהוָה אַשְׁרֵי הַגֶּבֶר
יֶחֱסֶה־בּוֹ׃
יְראוּ אֶת־יְהוָה קְדוֹשָׁיו כִּי־אֵין מַחְסוֹר
לִירֵאָיו׃
כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ וְדוֹרְשֵׁי יְהוָה לֹא־
יַחְסְרוּ כָל־טוֹב׃
לְכוּ־בָנִים שִׁמְעוּ־לִי יִרְאַת יְהוָה
אֲלַמֶּדְכֶם׃
מִי־הָאִישׁ הֶחָפֵץ חַיִּים אֹהֵב יָמִים
לִרְאוֹת טוֹב׃

נְצוֹר

נְצוֹר לְשׁוֹנְךָ מֵרָע וּשְׂפָתֶיךָ מִדַּבֵּר
מִרְמָה׃
סוּר מֵרָע וַעֲשֵׂה־טוֹב בַּקֵּשׁ שָׁלוֹם
וְרָדְפֵהוּ׃
עֵינֵי יְהוָה אֶל־צַדִּיקִים וְאָזְנָיו אֶל־
שַׁוְעָתָם׃
פְּנֵי יְהוָה בְּעוֹשֵׂי רָע לְהַכְרִית מֵאֶרֶץ
זִכְרָם׃
צָעֲקוּ וַיהוָה שָׁמֵעַ וּמִכָּל־צָרוֹתָם
הִצִּילָם׃
קָרוֹב יְהוָה לְנִשְׁבְּרֵי־לֵב וְאֶת־דַּכְּאֵי
רוּחַ יוֹשִׁיעַ׃
רַבּוֹת רָעוֹת צַדִּיק וּמִכֻּלָּם יַצִּילֶנּוּ
יְהוָה׃
שׁוֹמֵר כָּל־עַצְמוֹתָיו אַחַת מֵהֵנָּה לֹא
נִשְׁבָּרָה׃

תְּמוֹתֵת רָשָׁע רָעָה וְשׂוֹנְאֵי צַדִּיק
יֶאְשָׁמוּ׃
פּוֹדֶה יְהוָה נֶפֶשׁ עֲבָדָיו וְלֹא יֶאְשְׁמוּ
כָּל־הַחוֹסִים בּוֹ׃

EXERCITATIO GRAMMATICA IN PSALMVM XXXIII.

Secundùm Hebræos trigeſimum-quartum.

א

Verſus 1.

ſemper	: tempore omni in	Dominum	Benedicam
תָּמִיד	בְּכָל־־עֵת	אֶת־יְהוָה	אֲבָרְכָה
tamid	*gheth chol be*	*Adonai eth*	*Auarecha*
		.in ore meo	laus eius
		בְּפִי׃	תְּהִלָּתוֹ
		.vephi	*tehillatho*

(אֲבָרְכָה) *Benedicam.* Eſt prima perſona ſingul. Futuri à Verbo בָּרַךְ in Coniugatione Piel. Itaque prima litera א eſt formatiua primæ perſonæ Futuri. vide in Grammatica pag. 78. lin. 1. Deberet autem hæc litera habere ſub ſe Sceua ſimplex; id enim requirit Coniugatio Piel: tamen habet Sceua Compoſitum, quia literæ Gutturales, qualis eſt א, non patiuntur ſub ſe initio dictionis Sceua ſimplex. vide pag. 23,12. Secunda

cunda litera ב est prima Radicalis, & habet sub se Camets, non Patach, vt Coniugatio Piel requireret, quia sequens litera deberet habere Daghes forte, quod est signũ Coniugationis Piel, cuius tamen non est capax, & propterea suppletur per longam Vocalem præcedentem. vide pag. 81, 25. Linea quæ sequitur post Camets, est Accentus Rhetoricus, qui dicitur Metheg, cuius officium est retinere syllabam, sine quo illud Camets non esset Camets, sed Camets chatuph. vide pag. 18, 2. & 30, 6. Tertia litera quæ est ר est secunda Radicalis, & deberet habere sub se punctũ Tsere, sed habet Sceua mobile propter ה superadditum in fine, de quo mox dicemus. Quarta litera quę est כ, est vltima Radicalis, & habet sub se Camets propter sequentem literam, nam alioqui Sceua quiescẽs habere deberet hoc modo, אֲבָרֵךְ. Vltima litera est Paragogica, ornatus gratia superaddita. vide pag. 122, 15.

(אֶת) Est Articulus Accusatiui casus. vide pag. 38, 8. Linea sequens est Accentus Rhetoricus, qui dicitur Maccaph, & coniungit vnam dictionem cum altera. vide

pag.

pag. 30, 14. & præterea Puncta longa mutat in breuia, vt hoc loco אֶת (sic enim scribitur sine Maccaph) mutat in אֶת. pag. 51, 15.

(יְהוָה) Nomen est proprium Dei, cuius Radix est הָיָה, quod Verbum significat *fuit*. Itaque prima litera, quæ est Iod, est formatiua Nominis proprij. vide pag. 42, 8. Reliquæ tres literæ Radicem ipsam exprimunt: nisi quòd loco Iod, quæ esse debuit secunda Radicalis, ponitur ו. Sunt enim hæ literæ permutabiles. Sanè pronuntiatio huius Nominis vera atque germana ignota est: & idcircò qui primi Puncta vocalia repererunt, cùm huius Vocabuli sonum proprium ignorarent, Puncta ei aliena, id est, Nominis אֲדֹנָי subiecerunt; nimirum vt vbi hoc Nomen יְהוָה inueniremus, per aliud Nomen Dei, sonum eius efferremus. Neque nos mouere debet, quòd in voce אֲדֹנָי primum Punctum est Sceua compositum, in voce autem יְהוָה Sceua Simplex. Id enim ex eo accidit, quòd nec א initio dictionis Sceua simplex ferre possit, cùm sit Gutturalis litera: nec Iod Sceua compositum sub se vnquam habere soleat. Quòd

verò

verò alioqui Puncta Nominis יְהוָה sint ipsa Puncta Nominis אֲדֹנָי, & *Adonai* legendum sit, non *Jehoua*, cùm occurrit Nomen Dei יְהוָה, quatuor rationibus ostēdi potest. Primò quia vbicumque simul occurrunt hæc duo Nomina, ne cogamur bis dicere *Adonai*, ipsi Nomini יְהוָה Puncta subiiciuntur Nominis אֱלֹהִים, vt initio Abdiæ Prophetæ, כֹּה־אָמַר אֲדֹנָי יֱהוִה; & in fine Habacuc, יֱהוִה אֲדֹנָי חֵילִי. Secundò, quia si præcedat hoc Nomen litera Seruilis ב, vel כ, vel ל, aut ו; non scribitur בְּיְהוָה, כְּיְהוָה, לְיְהוָה, וְיְהוָה, vt secundùm Regulas scribendum esset si *Jehoua* pronuntiaremus, sed בַּיהוָה, כַּיהוָה, לַיהוָה, וַיהוָה, vt Nomen ipsum *Adonai* requirit. vide pag. 133, 18. Tertiò, quia pòst יְהוָה literæ בגד כפת recipiunt Daghes lene, vt in hoc ipso primo versu Psalmi perspicuum est: at hoc non posset fieri, si legeremus *Jehoua*, & non *Adonai*. Siquidem vltima litera vocis *Jehoua* est ה quiescens, vltima verò vocis *Adonai* est י mobile. literæ autem illæ בגד כפת initio dictionis semper habent Daghes lene, nisi præcedat immediatè litera Quiescens. vide pag. 26, 11. Cur deni-

Nomen Iehoua à recentioribus excogitatum.

denique Prouer.16.ſcribitur מֵיְהוִה?niſi quia in pronuntiatione huius vocis, poſt ם ſequitur א, quæ litera non eſt capax Daghes, & ideò verti debet Chiric in Tſere ſub litera Mem. vide pag.130,4. Neque verò Rabbini Punctorum inuectores, primi ſunt qui nomen Dei יְהוָה per אֲדֹנָי efferre cœperunt. Siquidem S. Hieronymus, iſtis Rabbinis antiquior, Exod. cap. 6. ver. 3. ita vertit illa Hebraica verba: וּשְׁמִי יְהוָה לֹא נוֹדַעְתִּי לָהֶם, *& nomen meum Adonai non indicaui eis*. Origenes quoque B. Hieronymo vetuſtior, in Tetraplis atque Hexaplis ſuis, in ea columna in qua voces Hebraicas Græcis literis deſcripſit, vbique pro יהוה *ἀδωνάι* poſuiſſe fertur. Ipſi etiam LXX. vetuſtiſſimi Interpretes ſemper Nomen יהוה per *κύριος* reddiderunt, quod Latinè *Dominus*, Hebraicè אֲדֹנָי dicitur. & quod eſt omnium maximum, Chriſtus & Apoſtoli cùm ſæpè ex Teſtamento veteri proferant teſtimonia, in quibus hoc Nomen continetur, numquam tamen *Jehoua* dixerunt, ſed ſemper *Dominus*. cùm tamen alia Nomina propria ſuis vocibus expreſſerint, vt *Adam*, *Noë*,

Rabbini Punctorum inuentores.

Nomen Iehoua apud veteres inauditum.

Abraham, Euam, Saram, Mariam. Denique apud veteres omnes inauditum fuit ſemper Nomen *Jehoua*: & licet aliqui Nomen יהוה per *Iaho*, vt Clemens Alexand. lib. 5. Strom. Macrob. l. 2. Saturnal. cap. 18. & Diodorus Siculus lib.1.Bibliothecæ; aliqui per *Jaue*, aut *Jah*, vt Theodor. q.15. in Exodum, exprimi poſſe crediderunt; plures tamen hoc nomen τετραγράμματον, & ἄῤῥητον atque ἀνεκφώνητον vocauerunt. vide Origen. hom. 14.in lib.Numer. Euſeb.l.11.de Præpar. Euang. cap. 8. Greg. Nazian. orat. 4. de Theologia. Theodoret. q. 15. in Exod. Hieron. epiſt. 136. ad Marcellam, & in cap.16.Ezech.Non diſplicet tamen eorum coniectura, qui Nomen hoc nihil aliud eſſe credunt, quàm tertiam perſonam Futuri Verbi ſubſtantiui, & hunc in modum ſcribi & efferri debere, יִהְיֶה *ijhie*, quod ſignificat, *erit*, ſiue *erat*, ſiue *eſt*, quod propriè Deo ſoli conuenire docemur Exodi 3.

(בְּכָל־) *in omni.* Litera בְּ cum Sceua mobili deſeruit loco Præpoſitionis *in.* pagina 136, 2. vox autem כָּל־ eſt Nomen indeclinabile, ſignificatque *omne*, *totum*, *vni-*

vniuersum, in quolibet genere, numero, & casu. Deriuatur per detractionem vnius literæ à Verbo כָּלַל, quod significat, *perfecit*. pag. 42,20. & si quidem non sequatur accentus Maccaph, scribitur per Cholem: si verò sequatur, vt hoc loco, scribitur per Camets chatuph, כָּל־. pag. 30,17.

(עֵת) *tempore*. Nomen est deriuatiuum formatum per detractionem à Radice עָנָה, quod est *inuertit*, quia tempus videlicet omnia mutat & inuertit. Sed fortasse veriùs diceremus Radicem eius esse עָתַת, quod Verbum non est ampliùs in vsu. Nam in plurali עֵת facit עִתִּים, vbi punctum Daghes indicat defectum alterius Tau Radicalis. pag. 53, 3. porrò furcula inuersa quæ subiecta est huic voci עֵת est Accentus distinguens mediam periodum, diciturque Athnach. vide pag. 31,13.

(תָּמִיד) *semper*. Aduerbium temporis est, significatq; *quotidie, semper, iugiter*. pa.125,3. Est etiam Nomen, significans *quotidianum, continuum, iuge*.

(תְּהִלָּתוֹ) *laus eius*. Nomen est fœmininum cum Pronomine Affixo tertiæ personæ. Ra-

dix eſt הָלַל,*laudauit*, inde fit Nomen תְּהִלָּה, *laus*, vbi Tau eſt literæ formatiua Nominis, pag. 42,5. literæ ה & ל ſunt prima & tertia Radicalis, ſecunda Radicalis deeſt, ſed loco eiùs eſt Daghes forte in tertia. Poſtrema litera He cum præcedente Camets, eſt ſignum generis fœmini, pag. 36,6. in Regimine genitiui vertitur He in Tau, & pro תְּהִלָּה, dicitur תְּהִלַּת. pag. 39,10. addito autem Pronomine Affixo, redit Camets, & fit תְּהִלָּתוֹ, *laus eius*. vide pag. 49, 11.

(בְּפִי) *in ore meo*. Litera ב eſt Præpoſitio *in*, vt ſuprà diximus, & caret Daghes leni propter præcedentem literam Quieſcentem. vox autem פִּי eſt Nomen cum Affixo Pronomine primæ perſonæ. Radix eſt פֶּה, *os*, & tam in Regimine ſimplici, quàm cum Affixo primæ perſonæ facit פִּי, in plurali פִּים, *ora*. pag. 54,29. linea ſubiecta huic voci פִּי. eſt Accentus diſtinguens integram periodum, diciturque Soph paſuch, pag. 31,1.

Verſus

ב

Versus 11.

audient	: mea anima	laudabitur	Domino In
יִשְׁמְעוּ	נַפְשִׁי	תִּתְהַלֵּל	בַּיהוָה
iischmegu	*naphschi*	*tithallel*	*Badonai*
	.lætabuntur &	mansueti	
	וְיִשְׂמָחוּ׃	עֲנָוִים	
	.iismachu ve	*ganauim*	

(בַּיהוָה) *In Domino.* Litera ב seruit loco Præpositionis *in* : יהוה est nomen Dei, de quo suprà diximus.

(תִּתְהַלֵּל) *laudabitur.* Est tertia persona Futuri generis fœminini, Verbi הָלַל, in Coniugatione Hithpael. vide pag. 87, 9. Quia verò Verba in Coniugatione Hithpael significant actionem eiusdem in seipsum, ideò תִּתְהַלֵּל significat, *laudabitur anima à seipsa*, sed in Domino, non in seipsa, id est, laudando Dominum, seipsam quodammodò laudabit, cùm laus Domini in seruos etiam redundet. Nisi magis placeat, hîc *laudari* accipi pro *lætari*, & *gloriari*.

(נַפְשִׁי) *anima mea.* Nomen est fœmininum cũ Affixo Pronomine primæ personæ. Radix est ipsum Nomen נֶפֶשׁ, *anima*, & cum

Affixo נַפְשִׁי, *anima mea*. De iſta Punctorum mutatione vide pag. 58, 2.

